conditionis persone habita ra-
tione pariter credendorum: in
via enim morum & fidei per-
niciosius q extra erratur; pari-

ter culpabilis in ijs que ad p
sone officiū vel statū spectant

¶ In ipsis em̄ sa-
cris eloquissvarijs sunt tam cre-
dibilium q̄ credentium grad⁹
¶ Quedā explicite q̄sq; tene-
tur credere cuius m̄di sūt fidel-
articuli de qbus in ecclesia fel-
ta solemnia celebrantur: Ex-
plicite quidē.i. cuiuslibet illo-
rum habendo specialem assen-
sum ¶ Quedam implicite cre-
dere simplicib⁹ sufficit. Impli-
cite.i. alicui assentiēdo pp̄oi
illa generice continent: cuius
modi in proposito est hec pro-
positio oīa in sacro canone co-
tenta sūtyera: sunt oīa vera/q̄
approbat ecclesia: huic em̄ assē-
tiens omnia que fidei sunt im-
plicitē credit.

¶ His adiungo cir-
ca fidei articulos a simplicib⁹
explicite credendos: non tenē-
tur ipsi explicite credere atq;
scire incidentales quoscūq; ca-
sus siue quecunq; specialia du-
bia doctoribus circa dictos ar-
ticulos quotidie emergentia.
Ut enim predixi in officio aut
beneficio tenentur Aliqui que

dam explicite scire ad quē nō obligantur simplices quibus docēdi atq; instruendi aut hū iusmodi prouincie nō incūbit.

Ad dubium igitur an contingat propositioni heretice assentientem per hoc mereri. Respondendum: si propositio sit talis cuius oppositum quis explicite scire non tenetur: actus talis credēdi est illi indifferēs qā nō tenebatur ad ipsum vel ad oppositū: stat enim eum fine debito absq; alia mala circūstantia circumstātionari ergo per hoc efficietur moraliter bonus: & per conse=quēs in gratia meritorī. Sed si propositio fuerit quam persona illa explicite ex se vel ex circumstantia sui status pro tūc credere teneatur sic est culpabilis erronea credulitas.

Nonum documentum:
Don modo erroz oppositi ei⁹ quod quis pro tūc scire tenetur culpabilis est ve rum & ipsius credendi ignorātia: patet ex hypothesi ipse est obligationis protunc astringēris trans gressor: huiusmodi ei⁹

est crassa aut affectata ignorātia. Ignorantia enim inuin cibilis dicitur que ī aliquo ma net facto quod debuit: sic tol lit protunc obligationē. Cras fa seu supina: que ex torpore manet alicuius penam aut la borem adhibere recusantis.

Affectata autem est alicui⁹ ignorare affectantis seu illud cuius est ignorantia scire nolētis: vt forte voluptati liberius indulgeat: aut alio huiusmodi fine prestituto. Inuincibilis excusat a toto. Crassa a tanto Affectata autem communiter dicitur nō excusare: s; accusare

Hic dogmatisāt pleriq; ignorantiam inuincibilem in ea que sunt de necessitate salutis scilicet que sunt diuini iuris nō cadere: suadent nā si talis secundum sui status cōditionem & qualitatem mate rie faciat quod in se est eum il luminabit domin⁹: etq; dabit agendorum cognitionem: & sic circa propositionem illam quam explicite credere teneba tur nō cadet inuincibilis igno rantia: si igitur in eo maneat

De exteriore virtute intellectua.

ignorantia id accidit quia nō fecit quod in se fuit & sic erit crassa aut affectata non autem inuincibilis: quare nō atota cul pabilitate excusat etur opposi ti erroneus assensus. ¶ Cōtra istam opinionem primo beati aug. auctoritate in li:q. veteris & no. testa. de puer baptisato in carcere inter infideles de tento dicentis. si non sit a quo instruatur neq; ad ipsum per uenit rumor fidei nostre imu nis est Cadit igitur in tales pro positiones etiā explicite credi biles ignorātia inuincibilis: pa tet: talis manet immunis a sciē tia illarum propositionū. Itē nemo articulis fidei credere te netur priusq; ad discretiōis an nos peruererit: ymo neq; tene tur cum primū rationis vsum attigit: habit o enim vsu ratio nis vnicuiq; datur induciarum tempus pro informatiōe atq; instructione eorū q; sunt credē da: quare ignorētia pro illo tē pore est illi inuincibilis: & per cōsequens in tales propo sitio nes in multaq; opa sub diuino precepto cadentia cadit inuincibilis ignorantia. Et id teneo

verum: q̄q em cognoscere alle nā sit diuino precepto prohibitū: in illud tamē ipsa cadere potest: vt in iacob fuit cognos cente lyam non suā: quē excusauit a toto ignorantia inuincibilis: ymo non solū excusat verum etiā propter ei⁹ inuinci bilitatē actus contra diuinum mandatū redditur bonus Cre dendum est enim q; concubis tus ille iacob fuit ei meritorius qm̄ imperatiue actui interiori meritorio subordinabatur sc̄z volo cognoscere istam.

¶ **S**equitur non modo ignorantia: verū error inuincibilis potest in ea q; iu ris diuini sūt cadere: fateor ad hibendā esse diligentiam / quan doq; maiore qn̄q minorē secundū materie qualitatē: quā adeo arduā esse cōtingeret q; ad eam plene cognoscendam nequaq; humana sufficeret in uestigatio: quare diuinum implorandū esset auxiliū & credēdū (potissime i materia ipsā fidei cōmunitatē contingente ex qua sc̄z pēderet fidei ruina aut necessaria ei⁹ instauratio)

Capitulum decimum. Fol. xxxviii.

ferret opem dominus qui nobiscum erit usque ad consumationem seculi nec omnino fidem deficere sinet: nichilominus non singule fidei materie sub precepto cadentes sunt in tali gradu constitute. ¶ Obiicies ois erras in fide peccat ergo per hoc non meretur Nego antecedens: assumere deberes errans in fide quam prorūch habere tenetur: invincibilitas enim obligacionem pro tunc dirimit: dico pariter hanc causalem falsam. Iste meretur quia errat: potius enim qui a vult predicatori propter deum credere: per istam pariter volitionem/volo assentire isti propositioni predicate mereatur: non tamen per hanc volo isti propositioni heretice assentire: illic tamē tā credendi voluntio quod actus erroneus est moraliter bonus sed differenter/qua niam ē ille primario talis/ iste secundario/ idemque eternum premium ambobus respondet.

¶ Decinū documentum.

Propositionē prædicam alias falsam nonnunquam verificat invincibilitas cuiusmo

di hec est a me cognoscenda/ huic propositioni est assentiens dum: quinymo hec vera est. Propositioni heretice est credendum: patet expositorie huic propositioni est credendum: & hec propositioni est heretica ergo propositioni heretice est credendum. ¶ Habenda est regula. Dictamina practica contingentiavariantur in veritate & falsitate secundum moralium circumstantiarum (scilicet loci temporis persone & sic de aliis) mutationem.

¶ Undecimū documentū,

Propositionis heretice assensus aut assentiens non semper hereticus efficitur: requiritur enim pertinacia: quare hoc modo diffiniatur hereticus errans in fide cum pertinacia: due igitur requiruntur conditiones videlicet error in intellectu & pertinacia in voluntate,

Sequuntur collaria Priz iuxta primā conditionē nullū extra intellectū oper contra quicunque preceptū fuerit est

Hij

De exteriore virtute intellectu*a*

formaliter heresis: nec per ali-
quod tale est aliquis formaliter
hereticus censendus: patet
heresis est ipsi ius intellect⁹ vi
delicet actus credendi: quare
adorare demōes: thurificare:
quasdam baptisare ymagines
nō est heresis nec p̄ tale factū
aliq̄s est formaliter hereticus.
si tamen contra ecclesie deter-
minationem falsus interueni-
ret assensus credēdi illud esse
licitum: ille actus heresis foret
& credens hereticus: quare cō-
tingit absq; formaliter heresi ali-
quem ab ecclesia licite declara-
ri hereticum & vt talem puni-
ti. nō enim nisi de exteriorib⁹
iudicat: pariter per huiusmodi
exteriora quis hereticorum pe-
nas meretur: non igitur sequi-
tur iste non est vere hereticus
ergo non est tanq; hereticus pu-
niendus. Secundum cor-
ollarium non quilibet error sed
solus in fide est heresis: cir-
ca enim a'iam materiam non
est heresis prout in ppositioni-
bus maihematicis aut alterius
scientie speculatiue dissentien-
do: Pariter nec quilibet error
in fide sed requiritur pertina-

cia iuxta Augustini sententia
que recitatur. xxiiij. q. iiij. ca. di-
cit apostolus & ca. qui in eccl'e.
Si quis sententiam erroneam
in fide ibutus bōa doctrina su-
stineat sine pertinacia sed pa-
ratus obedire ecclesie si requi-
ratur non est hereticus. ¶ Ter-
tium corollarium ecclesie do-
ctores pleriq; & si ppōes here-
ticas asseruerint: non tamen p̄
hoc erant heretici dicendi: eas
em̄ priusq; fuissent ab ecclesia
deteriate asseruerūt: vel obedi-
re eccl'e & reuocare eas scdm-
eius institutionē parati manse-
rūt: dicit beatus Tho. anteq; p̄
ecclesiam determinata fuerit
propositio ad quam doctorū
opiniōes sunt diuerse. Cuicūq;
parti placuerit licet assentire:
postq; tamen determinata fue-
rit & sufficiēter alicui cōstet de-
terminatio non ei dissentire li-
cet. Dicit tamē ille Dorbellus:
Si opiniones ille ad eandē par-
tem sint contrarie. ita q; dicat
vna partem illam esse pecca-
tum & alia eam afferat non es-
se peccatum / sic propter peri-
culū nō licet partem illam exe-
q; nisi aliude haberetur certifi-

Caput decimum.

Fol. xxxix.

catio. Si autem opinionum altera partem illā dicat esse peccatum & alia partem contradictoriam asserit esse peccatum / nec aliud constat: licitum est cuicūq; partiū placuerit assentire. ¶ Quartum corrolarium: Nō quilibet infidelis est hereticus. ¶ Ad cuius intelligētiā notetur Tripliciter accipitur infidelitas. videlicet contradictione/priuativeness/& contrarie: primo modo purā dicit negationem actus credēdi nec habet ex se peccati rationē: hoc modo stat esse christianum atq; catholicum & infidelē vt patet de puerō baptisato Secūdo dicit negationem actus cū aptitudine ad eum. Tertio modo aetū cōnotat actui fidelitatis contrarium & sic peccati rationē habet. ¶ Huic superaddo heresis nomine proprię diuisiō nem seu separationem importare: quare qui non in ecclesie gremio constitutifuerunt non solēt heretici appellari: triplex enim contrarie est infidelitas / iudeorū/paganoꝝ/christianorum. Paganineutrūm testamē tum receperūt/iudei vetus se

cundum littere corticē peruerseq̄ expositum/heretici autē vtrumq; sed circa particularē aliquem articulum aberrant Et dicit beatus Tho.ij.ij.q.x. Illorum grauius peccatum est hereticorum christianorū dei de iudeorum & minus paganorum Causam assignat qnī qui denegat quod pmisit tur plus delinquit: q; qui quod nō promisit de negat. sed christianus hereticus ē huiusmodi circa fidei articulos / deinde iudei quoad vnam sacri eloqui partem/ Pagani autem neutrūm professi sunt: quare sequitur p̄ positū. ¶ Vbi emergit incidē talite: dubitatio. An singuli infidelium actus sint mali. Videtur nonnullis affirmatiue p̄ illud. Omne quod non eit ex fide peccatum est. Item per Augustini dictum Omnis vita infidelium est peccatum: sed cōtra:actum sub precepto cadentem absq; aliqua circunstātia mala elicere potest infidelis: cui nō deerit circūstantia quā protūc actui presiliuere teneatur: ergo ille actus nō erit malus. Item actum indifferētem

H iiij

De exteriore virtute intellectua.

Eniusmodi leuare festucā aut barbam fricare elicere potest. Concludo igitur oppositū probabilius Ad auctoritatē Omne quod nō est ex fide peccatū est. debet intelligi contrarie. i. quicunq; infidelitatis actus vel delicit in sue legis obseruanz de finem relatus est peccatū.

Vndeциmū documentū.

Nulla lex stip firmiterē Petram: solidoribusq; columnis fundata est atq; efficiacioribus credendi causis tutata q̄ christiana: taliter (inqt Richardus de sancto victore) vt deo dicere valeamus domine si error est a te decepti sumus: quoniam ista tantum est factis atq; miraculis cōfirma ta q̄ nisi perte fieri possunt: & summe sanctitatis virorū auctoritate probata: & cum autē tica approbatiōe recepta te approbante & sermone in confirmante sequētibus signis: Motiuia octo in prologo primi ad ducit doctor subtilis: quibus hanc legem pre cunctis ostendit esse rationabilem atq; creditū dignā. Dicit enim Okam

Quodlibeto q̄rto. q. x. Si due cōcurrerent leges cōtrarie nemō obligaretur tenere istā potius q̄ illam nisi ad eam motua essent potiora / aliter ei non esset diuina obligatio ad ipsā potius q̄ alteram.

Obīcies obligatur credere q̄ a deo ēā reuelauit: contra non tenemur nunc credere eum aliquando reuelasse: patet id esset quia reuelauit se reuelasse & iterum queram de hoc: sic in infinitum. Tangitur hic bōa difficultas: pro qua notes hāc dictionem quia posse causam immediatā atq; efficientem dicere: & sic ista causalis est falla: teneor credere deum esse trinū & vñ quia deus reuelauit: sed teneor credere deū esse trinū & vñ quia vult me ad hoc teneri: Illa autē dei voluntas per reuelationem vel per auctoritatem cui nō licet rationabiliter dissētire via toribus ignoscit. Alio modo dicere potest causam sine qua non: & sic concedenda est hec causalis sum obligatus credere deum esse trinū & vñ

quia deus talem veritatem cre
dēdam reuelauit: talis enim re
uelatio est sine qua nō eīt cre
dendi obligatio: patet quia nō
nascitur obligatio nisi ignote
scat obligantis voluntas. Lex
enim proprie instituitur quan
do promulgatur post cuius p=
mulgationem vim obligato
riam accipit.

**Duodecimum do
cumentum.**

Ex communī do
ctorum sententia interior re
uelatio percipitur a suscipien
te esse reuelatio ex infundēdi
modo. **H**uius verisimilitu
do nobis est: quoniā alioquin
de quacunq; tali reuelatione
liceret dubitare an sit reuelati
o: & sic per eam non astrin
geretur viator reuelatis crede
re. **P**remittēdum duplēcēm
esse reuelationēm: interiōrem
videlicet & exteriōrem: prima
est Assensus diuinit⁹ infusus
alicuius veritatis manifesta
tiūs. Secūda autem est signū
aliquid extrinsecum diuinit⁹
emissum vel applicatum alicu
ius veritatis notificatiūm: ha

rum enim reuelationū potior
est interior. **A**ssensus enim
qui est reuelatio taliter adeo in
telle & tui immittitur q; ex infu
sionis modo reuelationem es
se percipit ipse recipiens / de hoc
q; a deo certificatur dicunt do
ctores: Dico nihilominus pos
se deum absq; huiusmodi spe
ciali irradiatione interiores
transfundere illuminationes
inspiratiōes q; salutares quas
esse supernaturales dubitabit
viator: eas autem reuelatiōes
appellari non vim in nomine
facio dic pro arbitrio: & mihi
placet pars affirmatiua: nō of
ficit varios esse reuelationū
modos.

Emergit dubita
tio an deus omnem veritatē
cuilibet capaciter reuelare valeat.
Dicendum q; sic potentia
absoluta, ordinata autē a ple
risq; negatur pro quolibet sta
tu interiori reuelatione. sua
dent: hic viator assensu illo se
crederet esse damnandum cu
ius tamen oppositum secun
dum legem ordinatam cre
dere tenetur: videlicet spe
rando:

De exteroze virtute intellectua.

¶ Facta nihilomi-

nus absoluta dei potētia reue
latiōe dubitari solet an obliga
retur viator ille se esse damnā
dum credere: liceatq; illud vel
le: longe em̄ differunt illa duo

¶ Pro quibus premittendum
venit admissio cōtra ordinatā
dei legem casu aliquo est ad se
quētia aut repugnātia pariter
supra illam dei legem respon
dēdū. ¶ Dico igitur si dānari
connotet culpam sic nequit ul
lī licite velle dānari sicut neq;
peccare: nec id p̄cipere potest
dominus: alio autem modo
accipi pōt dānatio vt penā so
lam dicit: sic nō intrinsece ha
bet diffimilitatē potestq; deus
precipere velle dānari: hoc est
afflictionem huiusmodi velle
tollerare: utroq; autē mō pōt
esse licitū credere se damnā
dū: idq; precipere potest dñs.

¶ Documentū decimūtertiū.

¶ Quot omniscia

dei veritas eū decipi nō admis
tit: sic nec eius infinita im
mixtaq; honestas eū p̄mittit de
cipere quēq;. ¶ Aliter ei nihil
roboris haberet scripture sa-

cre auctoritas foretq; lex tota
suspecta: cui si allegetur reue
latio dubitaretur an ob deli
cta dominis humanum gen⁹
in penam decipere voluerit.

¶ Oblicities cōtin-

git errorem esse actum morali
ter bonum: igitur eū deus spe
cialiter imitari potest Negati
vi solet consequentia. ¶ Non
enim tenuis dubitationis in
ter doctores reputatū est An
fallere aliquem valeat deus.

¶ Pro quo premitto: accipiūt
nonnulli decipere atq; fallere
vno modo vt deordinationē
cōnotat: & in hac significatio
ne non est difficultas: quoniam
deus inordinate agere nequit
cū nulla asiringatur lege Alio
modo capitur fallere vt solum
dicit facere credere aliter esse
q; est intēdendo illud: & in hoc
solo presens consistit dubium

¶ Ad quod est duplex opinio
una tenens q; deus de poten
tia absoluta decipere pōt: ad
quam hibernicus & adam e
tiam de alliaco condescendūt

¶ Et cum oblicitus dei legem
fore de falsitate suspectā nūlq;

Caput decimum. Fol. xli.

robotis remanere (vt inquit Hiero.) & recitatur. dicitur, nona causa si ad scripturas: quod si dicas deum non posse de potentia ordinata decipere. Contra non mihi constabit: patet hoc fieret per reuelationem qua se non posse de potentia sua ordinata decipere reuelaret. Quero autem qualiter de huiusmodi reuelationis veritate constabit: non enim constabit an per ea etiam de potentia eius ordinata aliquem decipere voluerit id credendo: Ista ratio est difficultis: posset tamquam ali qualiter responderi: videlicet ex summa eius bonitate & rei congrua rationabiliter equitate non esse verisimile: ymo longissime a probabilitate distans equissimum deum velle sic totum genus humani decipere. Et inde non habetur dubitandi aut oppositum credendi occasio: non enim omnne possibile est verisimile.

Repliatur. I. Deum cadere posset mendacium cum diffiniatur false vocis significatio cum intentione fallendi contra p. Augustinum & recitatur.

xxij. q. ij. ca. primū est capitale. Quisq[ue] aliqd genus mendaciū qd[em] peccatū nō sit esse putauerit seipsum turpiter decipiet. Tum etiam extollenda est dei excellentia atq[ue] perfectio ubi non nō sufficienter est manifestū oppositum: excellentissime autem perfectionis esset nō posse in deum cadere mendaciū igitur &c. Concludo igitur magis placitam opinionem hāc: difficilibus tamē obiectionibus non carentem.

¶ Decimum quartum,

Et si moralis bonus esse valeat error quo quis fallitur irrectificabilis tamen censetur communiter fallendi intentione: ex qua & irrectificabile ponitur esse mendaciū: Formalis enim mendaciū ratio in intentione fallendi consistit: hinc falsum asserens credens esse verum non nō entitur Ex illo enim soleta sanctis doctribus dogmatizari mendaciū necessario involutā habere maliciam: sicq[ue] irrectificabile ut nullo fine bene fieri possit: non quidem causa humilitas

De virtutis continuatione.

tis/aut virginitatis saluande:
non causa vite seruande:non
gratia peccati in proximo vi-
tandi.vt eadem.q.ca.Cum hu-
militatis causa,ca.nequis ar-
bitretur ca faciat homo & ple-
risq; alijs.**C**orrelatiū: que-
dam falsa/gratia recreationis
non quidem intendēdo q; au-
dientes assentiāt:sed gaudeāt
non sunt mendacia ibidē ca.
quod autē.Mendacium enim
ioco sum intentionem fallen-
di habet:hinc differūt falsum
ioco sum/& mēdaciū ioco sum.

Obīcīes Deī pos-
se id intendere cum possit se
solo assensum moraliter bo-
num erroneū producere.Dico
primo ista est clara Assensum
erroneum potest producere
se solo:expositorie.Hanc qua-
litatē potest producere se so-
lo/& hec qualitas est assensus
erroneus:ergo &c.Sed an ta-
lis qualitas a solo deo produ-
cta in intellectu diceretur af-
fensus.Est vna opinio nega-
tiua Itaq; non potest aliqua
qualitas potentiam vitaliter
immutare nisi partialiter pro-
ducta fuerit ab ea & per hoc

euacuate difficultatē arbitrā-
tur:quam profecto non euac-
uant:quoniam huiusmodi er-
roneū assensum infūdat deus
saltem faciendo potentiam in
tellectuam coagere seu com-
producere actū: sic enim ani-
mā illā falleret:esset igitur con-
sequenter dicendum eum nō
posse id specialiter se solo cū
potētia:videlicet speciali eius
actione intendendo animam
credere aliter esse q; sit:& ita es-
set negandum q; omnē actū
moraliter bonum valeat deus
se solo creature infundere in
sensu cōposito & qualitercūq;
scdm omnimodā sui rationē.

Capitulum. xi. De virtutis continuatione.

Primum documentum.



Onti-
nuatio
act⁹ li-
bera
boni-
tatem
habet
aut ma-

liciam vt elicitio:patet est ibi
cum libertate cōformitas aut
difformitas ad rationē rectā,

Caput undecimum.

Fol. xlit.

CSequuntur corollaria primum: contingit per unū opus exterius cum continuatione diurna: aut cum frequēti repetitione act⁹ interioris aliquē eque vel plus mereri q̄ alium per opera multa: exempli gratia. contingit aliquem per unū ieiunium / aut per unā elemosynam cum diurna cōtinuatione volitionis / aut cum frequēti repetitione eiusdē plus mereri q̄ aliū per tria ieiunia / aut per quatuor equeales elemosynas: non sic continuatis nec repetitis volitionibus.

CSecundum corollarium: contingit occidentem unum cum continuatione vel frequēti repetitione volitionis peccare grauius altero occidēte decem non cum tanta continuatione aut repetitione actus interioris: quare patet q̄ grauius peccat: qui malum agendi propositū diu differt exequi continuans aut repetēs illud.

CSecundum documentū.

Ad vitādam inerenti aut demeriti infinitatē varie fuerunt de continuatione

actus opiniones: una q̄ p nūl lum tempus actus libere continuatur: luadetur. in tempore illo sunt infinita instantia / in quorū quolibet actus est equalis meriti aut demeriti cū instantanea elicitione igitur meritum omnium illorum instantium esset infinitum: & idem de partibus illius temporis p portionalibus in quarum qualibet act⁹ esset equalis aut majoris meriti q̄ instantanea elicito. **C**Iuxta enim Aristote lis dictum/nihil sit vt raptim transeat dicunt actum instantanee libere elicium naturaliter per aliquod tempus continuari/vsq; ad certum instantis in quo libere voluntas ab illo actu desistere potest: que protunc si non desistat: iterū per tantum temporis naturaliter continuabit vsq; ad certum instantis: in quo libere desistere poterit: que si protunc non desistat fiet vt prius: sic enim act⁹ solū p certa istatia nouā iduet bonitatē aut maliciā. Propterea aut naturalis continuationis dicūt nōnulli actū esse bonū vel malū nō qdē noua bōitate aut

De virtutis continuatione.

malicia sed ipsi⁹ libere elicitio
nis: alijs dicentibus non eum
protunc esse moraliter bonum
aut malum: nam ei deficit pro-
tunc libertas que est circunstā-
tiarum precipua: & hec opinio
est probabilior.

Ex illa enim ra-
dice naturalis continuationis
concedenda essent hec corol-
laria satis extranea. **A**liq^s
odit deum: nō per hoc peccās:
Aliquis in gratia existens dili-
git deum super om̄ia / qui per
hoc non meretur: id patet de
actu naturali hoc est pro tem-
pore naturalis cōtinuationis.
Secūdum corollarium. Ali-
quis diligit deum nolens dili-
gere deum: patet tempore na-
turalis continuationis sortes
nolit dilectionem dei cōtinua-
ri: & idē de odio: videlicet odit
nolens odire. **D**ices pro tē-
pore naturalis continuationis
odi^s dei/peccatori nullum es-
set salutis remedium: patet: p-
tunc non posset penitente pro-
pier deum dilectū: patet: odio
dei est incompossibilis eius di-
lectio. **R**espondebis forte

odio naturali esse compossibi-
lem dilectionē liberā: hāc ma-
teriā amplius alibi examinaui.

Obīcio nō pos-
se inconueniēs vitari de omis-
sione: Fuerit sorti datum pre-
ceptum vno actu diligere deū
per totam horam continue &
non diligit: Tunc sic: pro quo-
libet instanti illi⁹ hore ipse etiā
speciali omissione omittit & sūt
infinita instantia igitur infiniti
mali erit tota omissione horaria:
& ei infinite equeles debētur
pene. **R**espondetur conse-
quēter q̄ correspondebunt pe-
ne pro transgressione qualiter
premia pro obseruātia: corre-
pondissent enim premia inter
scalariter pro cōtinuatiōe act⁹
per totam illam horā scilicet
pro instantibus assignatis: qui
bus fuit libera cōseruatio act⁹
quare taliter correspondebūt
pene pro transgressione: gratia
exempli tempus naturalis con-
tinuatiōis act⁹ sit quarta pars
hore / sic actus horarius esset p-
quinq^z instantibus liber: scilicet
pro duobus extremis & tribus
intermedijs: quare omissione etiā

pro quinque instantibus impunitur videlicet ad quinque penas. Sequitur non pro quolibet instanti illius temporis omittit speciali omissione impunitabili.

¶ Tertium documentum.

Voluntas & si ad actus proprij elicitionem cogi nequeat a causa secunda ad eius tamen continuatione sic patet. contingit actu continua ri ea nolente. ¶ Veruntamen ut tollatur equinoci labor notetur tripliciter accipi coactio nem. Vno modo pro necessita ri & ita illo tempore cogeretur Allo modo pro iuite velle vel nolle: refert tamen dicere vult nollens velle aut vult aliquid nolens illud: quoniam non formaliter repugnant volitio obiecti & nolitio talisvolitionis: sed formaliter repugnant volitio obiecti & eiusdem nolitio: formaliter quidem repugnat saltem inesse libertatis: opinione autem quorundam volitio & nolitio eiusdem possunt stare/vna libera & alia naturalis: aut ambe naturalis: sed non

ambelibere Tertio modo capitur cogi pro violentari: cum aliquid alicui inest contra eius inclinatione naturalem: & sic solet negari ea posse cogi: obij citur ipsa naturalem habet inclinationem ad beatitudinem: potest autem velle priuari ea: igitur potest velle aliquid contra naturalem eius inclinationem: Ultra ergo potest violentari. Respondendum illic inclidi sophisma: videlicet voluntas vult aliquid contra naturalem eius inclinationem: quoniam ista determinatio contra inclinationem eius naturalem potest determinare: Hanc dictio nem aliquid: & etiam vult Primo modo sensus est/ vult aliquid quod quidem est contra naturalem eius inclinationem/ & hoc est verum: sed non sequitur ergo violentatur. Secundo modo autem denotatur quod talisvolitio est contra inclinationem & hoc est falsum & consequentia bona. illud enim volitum est contra naturale eius inclinationem sed non ipsa volitio: Voluntas igitur illo modo cogi nequit ad actum suum:

De virtutis continuatione.

dicitur notanter ad actū: quoniam ad aliud videbitur forte q̄ sic inclinationem enim habet naturalem ad beatitudinē & priuatur ea ergo protūc violentatur. Responderi solet duplīcem esse naturalem inclinationem alicuius rei: quedam est a principio intrinseco productio ipsius finis ad quem est inclinatio: ut graui sad ceterum mundi. est enim a grazuitate naturaliter id intendente. Et de hac est verum q̄ priuatio illius finis est illi violenta. Alia est inclinationis perfectionis non sic a principio intrinseco naturaliter productio: & priuatio illius finis non est illiviolēta: cuiusmodi est inclinationis voluntatis ad eternā beatitudinem: hanc responsionem non pronunc examo-

Quartum documentum.

Acies non est descendus perseverātia virtus nisi pro mēsura libere continua tōnis aut cōseruationis: secus

extenso nomine ad omnē continuationem. **V**bi est anznotandum. Perseuerantia est actus continuatus q̄diu recta ratio dictat esse continuandū: Quare hec p̄positio iste actus est perseverātia sic explicatur iste actus est & continuabitur q̄diu recta ratio dictabit ipsū esse continuandum.

Sequuntur corollaria primum signato actu usq; nunc continuato quem recta ratiō dictat ultra continuādum & sic continuabitur: ista propositio de p̄terito hic actus fuit perseverantia est dependens ab yna de futuro contingenti: videlicet ab illa. Continuabitur actus iste q̄diu recta ratio dictabit eum esse continuādum: quare sicut illud futurum a quo dependet subiaceat libero volūtatis create arbitrio sic illa p̄positio que ab illo futuro peridet: Iste enim propositiones stant: hic actus fuit perseverantia & in mea potestate est ipsum nunq̄ fuisse perseverātiā. Ostendo se

Caput undecimum. Fol xliii.

cundam partem: est in mea potestate non ultra continuare actum illum recta ratione tam dictante ipsum ultra continuandum: quo positio esse: actus ille non fuit perseverantia. Hoc dictum ad preteritū non est: potentia est de potentia naturali intelligendum & de preterito independente: ad preteritum enim independēs non est potentia naturalis: ad preteritum depēdens sic: potentia vero supernaturalis est ad utrumq;. Secundum corollarium Signato tempore per quod recta ratio dictat talem actum esse continuandum & sic continuabitur non est verū illum actū nō denominari perseverantiam ante illius temporis terminum: ymoin quolibet instanti intrinseco illius temporis actus. ille perseverantia appellandus est: verum est q̄ propositio de p̄senti pro quo libet instanti intrinseco illius temporis a futuro contingenti dependet.

Quintum documentum,

Ad perseverans
etā non requiritur ipsius actus continuatio sine interruptione: secus enim si taliter ipsum continuari dictauerit recta ratio: Dico igitur actum esse descendum perseverantiam: inter ruptis temporibus: exempli gratia: recta ratione dictante toti' ebdomade omni die semel per unam horam diligendum esse proximum & taliter fiat sic iste est dicēdus perseverās.

CManeret tamen difficultas satis bona gratia exempli elicentur septem actus: quis eorum diceretur perseverantia: vt detur q̄nnullus per diffinitionē perseverantie. Defacto moderanda est illa perseverantie diffinitio cum hac particula secundum se vel simile: hoc modo perseverantia est actus continuatus q̄diu recta ratio dictat secundum se vel similā in specie: & ita quilibet illorū septem actuum diceretur perseverantia.

CSextum documentum;

Ad actum mora=

I iiii

De virtutis continuatione.

liter bonum non requiritur finalis perseverantia que sit virtutis continuatio q̄ diu recta ratio dictat vñq; ad vite terminum: sed an ad meritorium id requiratur videntur aliisque auctoritates sonare q̄ sic: vt illa Aug. que habetur de peni. di. lij. ca. Inanis. inanis est penitentia quam sequens culpa co inquinat Item eadem dist. ca. Incassum. Incassum bonū agitur/ si ante vite terminum defseratur. Item ratione: bene sequitur talis actus est meritori vite eterne: ergo acceptatur a deo siue ordinatur a dītā eternam: Et ultra ergo deus vult eum habiturum eam/ & ultra ergo eam habebit: quoniam non frustatur diuina voluntas ultra/ ergo morietur i gratia. & per consequens erit ei finalis perseverantia: Ista ratio probare videtur q̄ nullus reprobus mereatur: cuius tamen op̄ positum est verum: quia eū cōtingit aliquem actum moraliter bonum in gratia elicere: quare ad auctoritates & rationem illam restat. respondendum. Primo quidem ad au

ctoritates dicas. capitulū inānis siue incassum aut dictio similis pro actu non fructuoso fructu finali/ videlicet fructu qui est eterna beatitudo: sic enim aliquis actus est eterne beatitudinis meritorius cuinō dabitur beatitudo eterna. vt in reprobo qui suo premio finalem ponet obicem Ad rationem autem adductam concessa prima consequentia/ nez gāda est secunda: scilicet talis act⁹ acceptatur siue ordinatur adeo ad eternam beatitudinē ergo deus vult ei fore eternā beatitudinem: quemadmodum enim nullus producitur effectus absq; dei concursu efficientie sic nec siue eius voluntate ymo suum producere est velle illud fieri & conuentibiliter se habent non enim potest aliquis produci effect⁹ deo nolente ipsum produci.

Correlaria sequuntur. pri mū: deum ordinarē siue acceptare actū ad eternam beatitudinem nō est velle infore illi beatitudinem: sed est velle si non poneret obicē

finalem dare beatitudinem:
Ita q̄ illa ordinatio diuina est
volitio illius conditionalis pro-
missiue. Quare non sequitur:
ab eterno preuisus est sortes
damnand⁹ ex peccato in quo
moriatur: ergo non ordinatur
siue non acceptatur adeo ad
eternam beatitudinem pro-
positiones iste videntur stare/
ab eterno ordinatus est ad pe-
nam eternam & ordinatus est
ad eternā beatitudinem: vnū
quidem sit ordinatione abso-
luta & alterum ordinatione
conditionali.

Secundum cor-
relarium Reprobus in gratia
est deo charus siue amicus:
An autem sit in libro vite scri-
ptus/est notanda pro hoc & si
milib⁹ communis distinctio;
que habetur de pe.dist.iiij.ca.
benedictus & ca.nobis.& ca.
in domo patris/ Dupliciter
quis dicitur charus deo siue
scriptus in libro vite. Vno mo-
do secundum presentem iu-
sticiā videlicet q̄ est in statu in
quo si decederet/vitam habe-
ret eternam Et sic reprobus

in gratia existēs diceretur deo
charus & in libro vite scri-
ptus. Alio modo secundum
eternam prescientiam videli-
cet qua de⁹ presciuit illum de
facto habitum beatitudinē
eternam. Et iuxta hoc dupli-
citer quis diceretur inimic⁹ dei
siue scriptus in libro pene: &
dupliciter deleri de libro vite
sic itaq̄ distinguēdo possūt au-
toritates multe exponi que
contrarie videntur.

Tertium corre-
larium. Auctoritates ille addu-
cte & similes taliter sonantes
non probant sufficienter pec-
cata iam remissa postea reuiui-
scere per culpam superuenien-
tem: prout ymaginatus est ille
grati. eadem dist.ca.diuina cle-
mentia concludēs: q̄ sicut bo-
na reuiuscunt per penitētiā
ad premium. sic etiam mala
reuiuscūt per nouam culpam
ad suppliciū. Magister autem
Sen.in.iiij.xxij.dist.ad vtrāq̄
partem arguens dubium iudi-
cio lectoris relinquit: Opposi-
tum autem teneas indubita-
tū: videlicet opera bona prius

De virtutis continuatione.

In gratia facta reuiuscunt per penitentiam peccata tamen remissa nunquia per culpam superuenientem reuiuscunt ad idē supplicium: in hoc relucet dei misericordia. ¶ Et quando ar gutur per illud rabani in eadē dist. peccata etiam originalia ī baptismate remissa reputabū tur dānatoca. Siudas: ad similes auctoritates sonātes que peccata remissa imputabuntur dānato. Respondendum: peccata remissa dicuntur redire aggrauatiue. non formaliter imputatiue: Aggrauatiue quidē: quoniam ratione ingratitudis ipsius cui a deo erant condonata scelera peccatum reciduationis post penitentiam aggrauatur. ¶ Sed queres dis criminis rationem Respondē dum: per penitentiam remitti tur ad penam eternam obligatio quo fit ut penitens nō plus ad eam obligatus maneat: nō autem sie de bonis operibus in gratia factis quibus superuenit mortalis culpa: quoniam ipsa minime tollit ius illius ad beatitudinem: sed precise impedimentum prestat quo stā

te impeditur illitis iuris execu-
tio ad eternam beatitudinem
obtinendam: quare ipso remo-
to tale ius remanens viuifica-
bitur. ¶ Stat igitur ipsum dā-
natum habere ius ad gloriam
maius quia iste vel iste beatus ha-
beat: ius tamen eius manet so-
pitum propter obicē impedi-
tem talis iuris executionem.

¶ Septimum documentū.

Continuatio sola nequit de veniali mortale effi-
cere: patet nō variatur ex hoc solo genus disformitatis ad rationem rectam. ¶ Dices
habetur. 2. Sententiarum dist.
24. & ita dicit beatus Augu-
stinus de igne purgatoriij. Pec-
cata quidem venialia diu re-
tentia efficiuntur mortalia.

¶ Respōdet Bonaventura &
bene quia tum est ex se nunquia de
veniali fit mortale: quia conti-
nuatio non mutat speciem pec-
cati: tamen occasionaliter ra-
tione periculi eminentis cadē-
di immortale per continuatio-
nē venialis disponentis & con-
ducentis ad aliud mortale po-

Caput undecimum.

Fol. xlvi.

est talis continuatio de venia
li facere mortale: cuiusmodi es-
set venialis cogitatio alicuius
delectabilis illiciti sine conser-
su: quequidem cogitatio con-
tinuata alicet appetitum sensi-
tuum facies impulsu[m] & tra-
hens alliciendo ad aliud que-
nisi relinquatur execabit ratio-
ne & sequetur opus mortale.
CIdem dicas de venialiū mul-
titudine: nam ex eis non resul-
tat peccatum mortale etiam
si infinita forent: de per acci-
dens tamē fieri possit morta-
lis aggrauatio: hinc supra ad
debam ratione solius continua-
tionis aut multitudinis:
Idem enim actus numero per
aliquid tempus continuatus
est successiue bonus & malus
ratione noue circumstantie su-
peruenientis in vna tempo-
ris parte: cuiusmodi esset cir-
cumstantia finis/vel scandali/
vel precepti / vel conscientie
oppositum dictantis / aut hu-
iusmodi: contingit enim pro
prima illius temporis medieta-
te non inesse illam circumstan-
tiā & pro altera occurret:
quare actus qui tunc erat bo-

nus nunc efficitur malus ex
circumstantia idem numero
manens. **D**icere autem
necessario alium esse actum
furoris est atque friuola respō-
sio: tum primo: non necessa-
tatur illic voluntas ab actu
priori desistere: tum etiam cer-
tum est actum eundem per
certum tempus posse conti-
nuari: ponatur igitur inesse &
applicetur ratio sequetur op-
positum/quinymo quod for-
te extraneum tibi videbitur co-
tingit actum eundem esse **si**:
mul bonum & malum: videli-
cet imperatum a duobus volū-
tatis actibus quorum unus **sic**
moraliter bonus & alius ma-
lus: **E**t dictis patet fer-
uens dei amor extra tempus
precepti preuisus ex nimia co-
tinuazione morbum incuria-
bilem aut aliud hulusmodi vi-
tandum inducturus: sic libere co-
tinuatus viciaretur: pariter &
diuinorum contemplatio ob-
cerebri debilitatem alienatio-
nem allatura.

Octauum documētū
Prout continua-

De virtutis continuatione.

tio sic & frequentia potest per accidens actum viciare: gratia exempli licitum est iuramentum: quoniam per ipsum honor deo debitus ei exhibetur scilicet veritatis confessio eum in illius testem vocando/qui mentiri non potest nec decipi: quia tamen iurandi frequentia pronitatem induceret qua homo facile laberetur in periurii ideo ipsa est imputabilis: non quod est ex se:sed occa sionaliter. ¶ Huic iura consonant: dicitur enim. xxij. q. j. ca. Non est. & ca. Ita ergo. iu ramentum non est appetendū tanq̄ bonum neq; fugiendum tanq̄ malum: hoc est non est tale quin possit bene fieri/& quin possit malefieri:& ut na betur .iij. Sen. dist. 39. & extra de Iure iurando. ca. Si Christus. Si videatur prohiberi hoc ideo est. ne per frequentiam atq; assiduitatem iurandi acquiratur pronitas labendi in periurium. ¶ Huic con formiter loquēs Bona. ait pre cipiebatur in veteri testamēto iurare per deum vt tolleretur occasio iurandi per idolum:

sed in nouo testamento vide tur quandoq; prohiberi ne per frequentiam atq; assiduitatem inducatur talis pronitas laben di in periurium. ¶ Cui inci dentaliter adiicio in nouo te stamento non esse simpliciter prohibitum iuramentum/ sit sermo vester /est est/ non nō: non omnitio iurabitis: prchibetur enim inuanum iurare atq; periurium vt habetur ea dem di.ca.non est/& ca.si pec catum & ca. quis.

¶ Nonum documentum.

Non requiritur absolute ad salutem perseuer entia virtus: patet vt supra ostendi:id non requiritur ad actum moraliter bonum vel meritorium . ¶ Sint proposi tiones: Prima. aliquis sine fi nali perseverantia saluabitur: patet de puerō paulopost ba ptismum decedente. ¶ Se cunda propositio: Saluatur ali quis adultus absq; finali per seuerātia: patet de illo qui pau lo post usum rationis habi tum moreretur.

C Tertia propositio: saluatur aliquis diu adultus absq; perseuerantia: patet: Stat talem in gratia existētem pueniri morbo vsum rationis tollente: & sic moriatur: certum est q; saluabitur. **Q** uarta propositio: Quispiā vſuſ rationis habens continuatum vſq; ad vi te terminum saluabitur absq; actu perseverantie in instanti terminatiuo vite: patet: Elice re actum est preceptū affirma tiuum/quare non pro semper obligat:capiatur igitur tēpus aliquod pro quo sortes adul tus nō tenetur elicere actū exi stens in gratia moriatur cum vſu rationis in instanti termi nante non eliciendo actū:cer tum est q; saluabitur:& sic seq tur propositū. **Q** uinta pro positio in auctoritatibus com munibus non debet capi perse uerātia pro ipso virtutis actu vſq; terminum vite continua to: sed pro finali immunitate culpe mortalis: Et ita vnicuiq; necessaria est ad salutem fina lis perseuerantia: alias vide licet cum mortali culpa rece dens damnaretur. Aliter expo

ni possent auctoritates sed pro nunc supersedeo.

C huic incidente liter adiungo notandum: mul tiuocum esse hunc terminum perseverātia propter cuius eq uocationem multiplicem fere tot eius diffinitiones diuerse fuerunt quod auctores morales. **C** apitur enim quandoq; pro vno graduum virtutis: qui quatuor a nonnullis assignan tur continentia/ perseverātia/ tēperātia/virtus heroica. Con tinentia enim est virtus incli nans contra vehementes dele ctationes natas ab opere vir tutis retrahere habentem. Per seuerantia est virtus contra ve hemētes tristicias inclinās na tas retrahere habentem a vir tutis opere. Temperantia au tē est virtus in aliquo cui sunt sedate passiones atq; refrena te per virtutis exercitium Sed virtus heroica est virtus incli nans ad opus existens supra communem hominum facul tam ex difficultate proueniē te ex materia vel ex circumstā tia aliqua. Alij autem non nisi

De virtutis continuatione.

tres gradus assignates q̄ sunt continentia/temperantia/ virtus heroica extendunt nomen continentie ad perseverātiā. Nam illo modo captā: scilicet pro virtute inclinante/ contra vehementes passiones natas retrahere habētem a virtutis opere: siue sint delectationes siue tristicias: s̄z hec diuersitas ex equoco nascitur: patet igitur q̄ in quolibet virtutis genere reperiuntur illi quatuor gradus/ scilicet continentia/ perseverantia / temperantia/ virtus heroica.

¶ Decimū documentum.

Nonnulla virtutum nomina quodammodo perseverantia cōnotant: prout sunt hec stabilitas: longanimitas/ constantia que persistētia important in virtutis opere cōtra aliquid natū retrahere. ¶ Stabilitas est perseverātia in opere virtutis non obstare alio bono presentato recta ratione dictante non esse desistendum ab illo ut incubatur isti. Et ita dicitur ille istabilis qui vix inchoato uno bono

alterum inchoat desistens a primo incepto. ¶ Longanimitas est persistētia in opere virtutis contra molestias diuturnitatis. ¶ Perseverantia enim nomine istiētō est persistētia ī ope virtutis cōtra delectationes vel tristicias aut molestias natas retrahere habentem. ¶ Constantia est persistētia in opere virtutis cōtra delectationes vel tristicias aut molestias diuturnitatis aut persuasiones aut alias similis causas natas ab opere virtutis retrahere cōtra rectā rationem. Et ita cōstantia est nomen ad ista tria communē: in quolibet enim virtutū genere hec quatuor inueniuntur/stabilitas/longanimitas/ perseverantia/constantia: crebro tamen ab aliquibus vñ illorum nominum pro alio sumitur: sed pro concordia distinguatur nomē. ¶ Et illic capitur persistētia pro ipsa virtute qua quis contra causam sic retrahentē persistit in opere:

¶ Undecimū documentū.

Operatio exte-

rior libera effectiue imperata & cessante voluntatis imperio aliunde naturaliter continua desinit esse moraliter bona vel mala: patet: a voluntatis actu libero suam habebat bonitatem vel maliciam: superesset tamen dubium scilicet. **A**quo effectiue continue tur talis operatio cessate libero voluntatis actu. **V**bi opiniones fuerunt cōtrarie. **V**na tenens id esse a potentijs sic ordinatis. **S**ed cōtra: si trā seunte actu volūtatis nihil relinquatur in ipsis potētijs motiuis/nec etiā aliter se habeat q̄ prius nō est ratio quare fieret motus potius q̄ ante act⁹ voluntatis elicitionē. **Q**uare est alia opinio scilicet q̄ a volitione formaliter imperatiua motus producitur qualitas quedā motiua que membris impressa manet aliquo tempore transeunte illo voluntatis imperio: que sic remanens cōtinuat motum: Ita q̄ effectiue mouet totū corpus. **T**alis enim qualitas dicitur impetus: id experimento vides in celeriter currente qui

nequit libere mox sistere grādū quin vltra ex impetu progrederiatur etiam inuitus: Nulla autem est illuc causa compellens nisi talis impetus aliquid tempore remanens impressus. **D**ico pariter motū a libero volūtatis ipso ichoattū nō modo ab impetu continuari posse sed etiā ab appetitu sensitivo cum fantastica apprehensione imperio illo cessante.

Ca.xii. De omissione.

Primum documentum.



Omissio
dicitur possi-
tiuus actus:
omissio au-
tem est act⁹
carentia.

Non igitur impossibilium est omissio: sicut nec carētia: nec pariter est solum illorum ad que quis obligatur: operū enim consiliorum potest dici omissio: quare non quecunq̄ boni omissio peccatum est.

De omissione.

¶ Secundū documētum.

Contingit per puram omissionem scilicet nullū eliciendo voluntatis actum peccare: patet: si sortes pro hoc instanti obligatus deum diligere & protunc nullum voluntatis actum eliciat sciēs pronūc se obligari. ipse peccat cum sit precepti transgressor: & nō nisi pure omittendo ergo propostum.

Contemus cum quam sic eas esse separabiles ut peccare contingat omittendo sine commissione. Pariter committēdo absq; omissione: Aut vtroq; modo simul. Exē plū primiā datum est. Exemplum secundi. Quando sortes deū diligere nō tenetur tūceū odiat ipse committendo sine omissione peccat. Exemplum tertij pro instanti pro quo diligere obligatur odiat ipsum: cōmittendo peccat simul & omitendo. Peccat quidem odiū cōmittendo & peccat dilectionis dei actum omittendo.

¶ Tertium documentum.

Omīssio omīssio-

nis est ipse peccati actus positius: quare omissione tādi peccatum aliquod non est speciale peccatum illi peccato quod non vitatur condistinctum.

C Per hoc soluitur obiectio hec: si pura omissione esset culpabilis: sic quilibet omittens infinitis peccaret omissionibus subordinatis: patet: capio illam omissionem quam dicis peccatum: tunc sic: illud peccatum sortes tenetur vitare / & non vitat: ergo secunda omissione peccat: Item istam secundam omissionem sortes tenetur vitare & non vitat ergo tertia omissione delinquit: & ita de quarta / & sic in infinitum procedit ratio/ infinitas ostendēs ibi esse subordinatas omissiones. **R**espondendum est nō esse datum preceptum speciale de vitando peccato distinctum ab ipso precepto ipsum peccatum prohibente: quapropter talis diuinum transgrediviens mandatum minime peccat noua imputabilitate nō vitando allud peccatum: sed so-

la illius met peccati imputabilitate: non vitare ipsum peccatum est posterius necessario concorditans illud peccatum ergo nec imputabilitate alia ab illo peccato imputabitur.

¶ Quartum documētum.

Non penes actus
omissi bonitatē sed penes precepti obligationē sumitur omissionis malicia. **¶** Per hoc soluitur sequens argumētum: si imputabilis esset pura omissione: daretur peccatum nullius malicie aut infinite: suadetur: omittat sortes deum diligere pro illo instanti pro quo eum diligere tenebatur Tunc sic huius omissionis malicia penes bonitatem dilectionis omissione mensuraretur: sed infinita omissio dicitur dilectio suppono voluntatem in infinitum actum posse cum adiutorio ergo infinite malicie esset illa omissione. Si dicas q̄ nullā omittit: quoniam ad nullam dilectionem obligatur cōtra illa pura omissione nullius erit malicie quod est alterum inconuenientium. **¶** Multum difficile multis vi-

sum est hoc argumentum: false tamē innititur ymaginatio: scilicet q̄ pure omissionis malicia penes ipsius actus omissi bonitatem mensuretur. **¶** Vico enim mensuratur principalius penes diuinam mandati obligationem qđ ipse omittēs infringit & transgreditur.

¶ Documētum quintum.

Communtorū do-
ctorē sentētia nemo per omissionem purā meretur: sed ad merendum requiritur voluntatis actus recte rationi cōformis: sic igitur plus ad merendum q̄ ad demerendum requiritur Ad igitur meritorie impletū preceptū negatiū non sufficeret pure negative se habere: gratia exēpli non occidēdo: sed requiritur voluntatis act⁹ quo ip̄e nō occidere velit.

¶ Sed quereres
an illud mandatum negatiū non occides aut aliud huiusmodi viatorem arctet actum circa ipsum elicere scilicet talē volo non occidere. **¶** Respondendum non directe & perse: secus de per accidens requisit-

De omissione.

eo tali actu ad impediendum
aliquid sub prohibitiōe cadēs.
Esequitur, non quicunq; in
gratia preceptum implet me-
retur sed requiritur ad meren-
dum actus Q uinymo nec qui-
libet actus precepti acquitati-
ue impletius est bonus: con-
tingit enim per actum ex cir-
cūstantia malum adimple-
ti acquitatiue mandatum. Et
ita dicit bonus ille doctor Ger-
son q; obligatus dicere horas
eas cum peruersissima inten-
tione dicens ipse per talē actū
ex circūstantia malum se ac-
quitat: sic q; nec ipsas iterare
tenetur: obligatus pariter pro-
ximo in extrema necessitate
subuenire qui propter vanam
gloriam vel alium finem malū
subueniat ipse per huiusmodi
actum ex circūstantia malum
adimplet acquitatiue illud de
subuētione preceptum: erit ni-
hilominus confitenda mala il-
la circūstantia: diuina enim
mandata non obligant imple-
re ea meritorie nisi in ipsis ex-
presie de circūstantia gratie ca-
ueatur. prout i sacramēti Eu-
charistie susceptione,

¶ Documentum
sextum. .

Don semper & in
deficiēter pro mensura pro
qua sonat preceptum contrā-
bitur omissionis culpa: sed nō
nunq; prius per liberam alicu-
i' impossibilitati electionē:
prout in omittente horas vel
matutinas per liberum som-
ni vel ebrietatis incursum nō
ei illa omissio iputabitur sed
libera ipsius impossibilitati
electio.

CDubium tamē
reditat pro quo obiicitur ex hoc
sequi aliquem peccare manen-
tem in gratia: lortes deum di-
ligere teneatur in aliq; parte
proportionali & non dilexit:
tali omissione per te peccauit
mortaliter: sed q; cōtinue mā-
serit in grā pbo. in oībus istis
partibus proportionalibus erat
in gratia & omnes iste partes
portionales fuerunt illa tota
hora ergo i illa tota hora erat
in gratia: consequentia patet
cū minore & maior probatur:

Caput duodecimum.

Fol. l.

non perdidit gratiam in parte proportionali prima: quia nō erat protunc obligatus: patet: poterat in partibus sequentibus diligere: & ita pbes de secunda & de qualibet alia: quoniam post quamlibet sunt infinitae: magna est hec difficultas ad quam soluēdam insudatūt multi quorum solutio communior fuit irrationalē fore preceptū pro aliqua parte proportionali obligans excludendo instans illius temporis terminatiū: quare huiusmodi mandatum dare non posset equissimus deus: inclusō autem illo instanti contrahetur protunc impunitabilis omissione: Ita q̄ gratia in illo instanti perditur: istam ymaginationem ad vitādum inconueniens supraadductum adinuenerūt. Contra quam arguo: Illud supra illatum non est inconueniens: probo: detur sorti preceptū non elicere actū ut quatuor: eum tamen per totam horam successiue eliciatq̄ in instanti terminante erit totus elicitus. Certum est gratiam in illo instanti perdi: qm̄ in nullo instanti precedente fuit

in eo actus intensus vt. 4. continet igitur ante illud instans manebat in gratia & mortaliter peccabat: primum est notū & secundum probo: ipse diuinum transgrediebatur mandatum, patet: erat mandatum non elicere actum intēsum vt 4. & per totam illam horam eliciebat actū intensum vt quatuor. Ex hac ratione patet potius fugam q̄ solutionem fuisse responsionem illam.

Cest igitur cespōdendum in casu argumenti. Transgreditur diuinum mādatum per illam horam successiue omissionibus partium proportionaliū: & est primo transgressum in instanti terminante: quare in illo instanti perditur gratia per primum instans non esse: & contrahitur culpa per primū iustans esse Sortes igitur ante hoc instans peccabat tamen non fuitante hoc instans in peccato: & sic q̄q̄ staret peccare cum gratia: non tamen statim peccatum cum gratia.

K ij

De omissione.

¶ Documentū septimum.

Minus mala est

omissio q̄ actus contrarij commissio exempli gratia / Deterius est deum vel proximum odire q̄ eius dilectionem pure omittere. ¶ Obijcies per illud commune. Tam mala est priuatio q̄ bonus est habitus: igitur tam malum est non diligere deum q̄ bonum est diligere ipsum: sed diligere ipsum tā bonū est q̄ malū est odire ipm ergo nō diligere ipz eēt tā malū q̄ malū ē odire. ¶ Rñdēdū negādo maiorem: neq; est vniuersaliter verum ymmo fere nunq̄ tam mala est priuatio q̄ bonus est habitus: Dici enim solet equantur diligere & odire: Odire autem excedit nō diligere ergo diligere in bonitate excedit non diligere in malitia: Ita igitur nō diligere deū nō est tā malum q̄ bonū est diligere deum. ¶ Sequitur falsitas ipsius Holcot dicentis q̄ liberari a pena est tam bonum q̄ malum est ad penā ordinari. ¶ Contra equalia ponuntur ordinari ad gloriam & ordinari

ad penā eternā: sed liberari a pena est inequale secūdo ergo est inequale primo. Dico igitur in istis debet habitus habitui & priuatio priuationi comparari: q̄ si priuationis habitui alterius cōparetur nō erit equalitas: comparentur ex una parte diligere deū & odire: ex alia parte non diligere & non odire: & ita ex una parte ordinari ad gloriam eternam & ordinari ad penam eternam & ex alia parte priuationes illorum. ¶ Esset tamē dubium an dei odium sit omissione dilectionis grauius solū propter hoc q̄ ipsum est duorum preceptorum transgressuum. ¶ Respondendum negatiue: Probo sit instans pro quo sortes deum diligere teneatur & non plato: sortes pure omittat: Plato odiat: certum est in platone odium est omissione grauius & nō est duorum preceptorum transgressuum scilicet precepti dilectionis & precepti non odij. Est igitur deterius propter maiorem ipsius disformitatem ad rectam rationem. ¶ Ad illud autem di-

Caput duodecimum.

Fol. li.

Etum vulgatum tammala est priuatio q̄ bonus est habitus: Dico intelligēdum esse in Phisicis Secundo dico illud contractum moralibus debet modificari cum ista particula proportionaliter: hoc est duorum habituum q̄to unus melior est vel peior altero tanto priuatio altera priuatione est melior vel peior.

¶ Documentum octauum

Non quectiōz bo ni omissio: sed libera & obligationis transgressua est culpabilis: patet de peccati ratione est esse voluntarium id est liberum. commissio enim libera est ad cuius actum libere potens est protunc voluntas: in Augustini igitur auctoritate capitul voluntarium non p̄cise positivē pro volito: sed pro om̄i libero Obiectis Nullius impossibilis omissio est libera: sed omissio alicuius impossibilis est peccatum ergo aliquā omissio non libera est peccatum: consequentia patet cū maiore: & probatur m̄or. Contingit aliquē obligari ad i

possibile: vel saltem obligari ad aliqd pro aliquo tēpore p̄ quo non est ei possibile ex cīcū constantia: patet de dormiēte quando ad matutinas ire tenetur. ¶ Tangitur hic difficultas an quisq̄ possit ad impossibile obligari: non dico ad volen dū impossibile: Dixerunt aliqui q̄ contingit aliquem obligari ad aliquid factum impossibile ex culpa: alia est rationabilior opinio contraria: que probatur ex legis institutione cū suis conditionibus: quarū prima est q̄ sit possibilis: Item a legislatore fertur lex vt impleatur ergo non obligatorie fertur nisi eam exequi potentibus: & per consequēs nullos obligat impossibilitatos pro illo tempore. Quando autem dormiens ille peccauerit. Respondeo vt supra pro isto & similibus: lex aliquid precipiēs prohibet eadem obligatione ipsum executiōis precepti impeditiūm: quare qui libere aliquid impossibilitatiū eligit ipse protunc peccare censemtur: atq̄ totius obligatiōis mādati culpa contrahitur: vt in p̄

K iiij

De actuū cōformitate ad rationē rectā

posito culpa contrahitur si ipsa dormitio libera electioe. Si autem naturali quodam accidete at alii absq; culpa iteruere solum sic soni iuris non erit culpabilis

Ca. xiii. De actuū cōformitate ad rationē rectā.

Documentum primum



peris ad rectam rationem. praecepticā seu prudentiā cōformitas appellatur moralis bonitas siue rectitudo: difformitas autem malicia siue obliquitas. Dicitur eiactus recte rationi conformis qui fit qualiter ipsa dictat: & per oppositum ei difformis: patet igitur non debere maliciam diffiniri per rectitudinis debite inesse parentiam: nam actus irrectificabili cuiusmodi solet ponи dei odium non est debita in eē rectudo cū iеē neque at forte dices esse debitā voluntati deum odienti: contra

odiat pro tempore pro quo non tenetur deū diligere nec aliū actū bonū h̄e: sic p̄tūc non tene tur ad alicui⁹ act⁹ rectitudinē.

Quādōc ratiō

accipitur pro ipsa potentia: nonnunq; pro eius actu: Primo quidem modo ratio dicitur intellectus hinc usus ratio nis. i. usus intellectus: brutum igitur non caret rationis usu: patet non est natū eū habere: parentia autē siue priuatio dicit aptitudinem Secūdo ratio est ipsius intellectus iudicium: sic igitur est duplex videlicet erronea & recta: illa falsum ista verum intellectus iudicium: & duplex sc̄z practicum & speculativum.

Documentum secundum.

Moralis bonitas

ut supra dixi ex integra causa cōsurgit malicia autem ex defectu: id patet cōformitas ad rationē rectā est p̄ om̄ requisito rū obseruatiā: difformitas autem ex defectu alicui⁹ requisitor̄.

Nō te pigeat hic dubium audire & si sophismatis redoleatna turā: pro quo obuicio iste actus

Caput trigesimum.

Fol. lit.

est moraliter bonus volo nulli iudicio me conformare i casu quo nullum est iudicium nisi erroneum est ei tunc licitum nulli iudicio se conformare igitur potest eē licite voluntū: sed nequeat ille actus eē recte rōi cōformis pbo: maxime eēt i casu illo quo ostēlē est bonus Cōtra nulla ē ex hypothesi rō restatē iudicium istud se fallit nō illi iudicō ē se cōformād: p; ad ita eē ut dictat sequitur se eē falsū: oñdo ē dictamē practicū & nō ē ei se cōformād igitur ē errōneū: Rñdeo autem ille p̄ assignat p̄t alteri dictamē cōformari videlicet volēdū est nulli iudicio se conformare: istud autem potest eē vere;

Documentum tertium

Voluntatem altius
cui iudicio se conformare ē duplīr vco; volēdo & exequendo: primo qdē mō ē velle ita eē ut dictat iudicium Scđo ē exequi ita eē: potest igitur volūtas dictamē impossibili cōformare se volēdo: nō autem exequēdo: potest enī velle se equari deo: sed id exequi non valet Pono talē cōclusiōnē: Cū iudicio rōnis potest se conformare volūtas Cōtra quā ar-

guit ille Robertus holcot tenēs oppm̄ vco; varia eē iudicia qb; se cōformare neq; volūtas: primo qdē iudicio dictanti nihil eē volitū neq; se cōformare: p; detur oppositū: scilicet q; vellet nihil esse volitū: Tunc sic vult ergo vult aliqd ergo aliqdē voluntū ergo nō se cōformat illi iudicio: nego istā cōsequētiā Dico enim duplici illo & modo p̄t illi iudicio se cōformare: primo i volēdo: vco; vellit nihil eē volitū Scđo i exequendo scilicet libere omnem suum suscep̄dat actū: sic se cōformat dictamē dictati nihil eē volēdū aut volitū: Insup arguitur: Nō p̄t volūtas se cōformat iudicio dictati nō se cōformare alicui iudicio: p; detur oppositū: & p̄tatur inēē: tunc sic: se cōformat illi iudicio & illud dictabat nulli iudicio se cōformare ergo nō se cōformat illi iudicio Rñdeo et se cōformare potest i volēdo: vco; vellit nulli iudicio se cōformare Sequitur quēadmodū i casu primo obiectiōis volēdo nihil eē volitū aliqd ē volitū si cōvolēdo nō iudicio se cōformare alicui iudicio se cōformat volūtas,

De actuū & formitate ad rationē rectā

¶ Quintum documentum

Tam libera ē voluntas iudicio rationis se conformare at difformare ut velle possit obiectum i quo nulla apparet bonitatis ratio sed sola malitia: & nolle pariter id i quo nulla malitia sed soli bonitatis ratio apparet. In huius contrarium fuit quorundam opinio asserentiū voluntatis obiectum esse bonum vel malum apparenſ: bonum qui dem obiectum prosecutionis id est volitiois & malū obiectū fuge, i. nolitionis Ita q̄ nō potest velle nisi appareat bonū neq; nolle nisi appareat malū. Id supra impugnauit: voluntas actum nullum elicere posset absq; noticia boni vel mali cōnotatiua: qm̄ taliter appareat noticiam sic cōnotatiuam habere: illius autem clara est falsitas: nam voluntas absq; alia noticia velle potest sorte esse hominem aut aliud huiusmodi: tum etiam cognitio ad vocationē sufficiēs sufficit ad nominationē noticia autē boni sufficit ad velle bonū igitur suf-

ficit ad nolle bonum: vbi pariter contingit mereri volendo contingit demereri nolendo: contingit autem mereri volendo bonum igitur contingit demereri nolendo bonum. Pro omnibus auctoritatibus debet dari glo. sc̄ re gulariter Et ita intelligatur qd ex augustinō habetur I. q. ca. merito. Si diligēter inspiciatur forte ipsuꝝ peccati nemo velit sed pr̄ opter aliud quod vult peccat: omnes quippe homines qui scienter aliquid faciūt qd non licet vellent licere facere pulchra est ista prepositio & intelligenda regulariter.

¶ Sextum documentum

Omne obiectum est tam amoris q̄ odij capax teriatue: an ei iudicio dictati deum esse odiendum valeat voluntas se cōformare vide licet an possibile sit dei odiū opiniones fuerunt contrarie.

¶ Una negatiua: quam sequitur doctor subtilis ymagināstantam esse dei perfectionem atq; excellentiā vt ei repugnat odium terminas

Caput duodecimum.

Fol. lxx.

re. ¶ Et pro soluendis obiectionibus diceretur id esse ex sua natura Ita q̄ quemadmodum sonus est obiectum non potens visionem terminare & hoc ex sui natura ita nec deus odium Contra istam opinionem aliqui insolubiliter argue re credunt primo vel talis impossibilitas proueniret creature ex parte potentie intellective aut volitiae Respondendum: ex parte alterius scz ex natura ipsius obiecti Insuper arguitur: subquacunq̄rarione siue apparentia odibilitatis potest apprehendi creatura ab intellectu etiā deus sed rationes seu apparētie odibilitatis creature sufficiūt ad eliciēdū odiū creature ergo ille applicate deo sufficiēt ad eliciendū dei odiū: cōsequētia patet cū maiore & probatnr minor: potest intellectus errans apprehēdere deum tanq̄ iniuste vltorem atq; tyrāno deteriorē: quia scz p̄ nomētaneo peccato sempiternam infligit poenam Respondendum est negando illā consequētiā concessis premissis: nō pbat ratio illa aliud

q̄ ipossibilitatem talis odii nō ex parte intellectus vel voluntatis prouenire: ex natura autem obiecti īcreati puenit Preterea arguitur ponitur odium dei esse sub specie peccati ergo odium dei est possibile. ¶ Respondendum est consequēter ad illam opinionē q̄ per odiū dei sanctorum auctoritatibus intelligituromissio dilectionis pro tēpore pro quo quis teneatur diligere vel exercitiū: alicuius facti ac si esset odium: cuiusmodi est dei siue diuinī nominis detestatio/ aut diuinum cultū spernere. nec oportet necessario illa ex odio dei procedere: patet igitur huius opinio nis probabilitas qualis sit.

¶ **Alia est opinio** probabilior concedens possiblē esse dei odium. ¶ Suadeo nihil est asserendum nisi experientia/auctoritas /vel ratio mōstret: sed odium dei esse impossibile primo non monstrat experientia ymo in oppositū major apparentia ex voluntatis libertate. Secundo non auctoritas: ymo multe sunt in contras-

L j

De actuī & formitate ad rationē rectā

sum. Tertio nō ratio ymo: for-
tiores sunt in oppositum. Itē nū
intellectu errante apphenden-
te illud obiectū tāq̄ sibi discō-
ueniens & odibile p̄ hoc q̄ in-
fligit penā eternam a qua li-
beraretur si non esset deus: vo-
luntas posset deum velle non
esse: elevt liberaretur a pena: hinc
pariter posset vindictam ap-
petere scilicet volendo male
esse ipsi deo inelligenti tantam
penā: tale autem velle est odiū
dei ergo est possibile. ¶ Et cū
arguis nulla ratio est imperfe-
ctionis vel odibilitatis in deo
ergo nō potest voluntas odiū
dei elicere: negatur cōsequen-
tia: cuius malicia est valde cla-
ra: qnī voluntas non fertur in-
obiectnm secūdum q̄ est tale
ex natura sua sed potius secū-
dum q̄ ei tale vel tale apparet:
potest autem deus sub rationi-
bus odibilitatis apparere: qua-
re potest ipsum odire sic ei ap-
parentem.

¶ Restaret nichil
lominus dubium an possit sta-
re dei odium cū clara eis vi-
sione intelligo de creatura sue

mere libertati relicta in qua
quidem cum tali visione clara
est compossibilis error / nullus
in beato tamē est error ex dei
privilegio.

¶ Sint igitur pro-
positōes respōsiue, ¶ Prima:
possibilis est cum clara dei vi-
sione dilectionis libere omis-
sio: patet: stat intellectum pro-
tunc dictare nullū actum esse
eliciendum circa tale obiectū
visum Et manet voluntas li-
bera se conformare illi dicta-
mini ergo stat tunc eā nulluz
liberum actū elicere. ¶ Scđa
propositio: tāte libertatis est
voluntas vt cum clara dei vi-
sione valeat odium ei⁹ elicere
patet: stat cum clara illa visiōe
iudicium dictās illud esse ei no-
ciuum atq̄ iniuste penā infer-
re sempiternā: vt esset idam-
nato q̄ (clare ostensō illo obie-
cto) velle posset ipsum nō esse
& perire vt a pena liberaretur
ergo posset cum clara visione
odium elicere

¶ Obiicies aliqd
pctm esse i finite demeritorū
patet: q̄ tuluscūq̄ odij gradus

Caput decimū tertium. Fol. lxxii.

esset grauiore q̄ odiū pximi:
cui debeatur pena intensa vt
vnū:tunc sic prima pars ppor-
tiōalis odiū dei est grauior q̄ o-
diū illud proximi ergo maior
pena q̄ vt vnum ei debetur &
ita de secunda pte proportiona-
nali & qualibet seqnente:& sunt
Infinite tales ptes pportiona-
les illius odiū dei: ergo infinite
pene correspondēt eis quarū
q̄libet est maior q̄ vnum:ergo
pena constituent infinitā:& p
conseqns illud odiū dei est in-
finite pene demeritoriū quod
erat probandum

CPro huius solu-
tiōe hec hēatur regla notāda.
CQuorūcūq; pētōrum spē
differētiū vnū est in infinitum
altero graui: p̄z: dato opposi-
to posset a deo crescere odiū
pximi q̄ odio dei eq̄retur in
grauitate qđ nō est cōcedēdū:
quū illū sit cōtra maloris obli-
gatōis pceptum. **C**Alia regla
Penarū corrīdētiū pētis spē
dēfītib; vna i infinitū est peior
alia etiā q̄uis nō sit intensior:
exempli grādatis dei odio &
odio pximi eq̄ intensis q̄litatiē

esto q̄ pene corrīderēt q̄lita-
tine eq̄ itense: vna tñ est i p̄ia aīs
peior i infinitū q̄ alia: Ita q̄
afflictōe quadā iterna & sp̄ia
rituali in infinitū pei⁹ est illi p
penā odio dei correspondētē
q̄ p̄ alia eq̄ q̄litatue intensam.
Nec mireris: vides duos apō-
rum eque intēsorū differentiū
spē dīlēcōueniētiū gustui pvnū
fit peius ipsi gustui q̄ p̄ alteri
CSeqtur corrītū pulchrū. Nō
cuilibet peccato grauiori cor-
respondet pena intensiue ma-
ior: ymo stat penā remissiō odiū
dei esse qualitatue lōge remis-
sicrē q̄ sit pena intensi odiū p
ximi: per illā tamē in infitū pe-
ius erit illi aīe q̄ per istam. Et
ita p̄z r̄nsio ad obiectiōne que
false initebatur ymaginatiōi.

CDocumētum septimum.

Et si ad rationem
rectā actualē potior sit actual
cōformitas: n̄ tñ ipa ad mora-
liter bonū necessario req̄ritur.
CVersatur enī pene pblema:
an ad actū moralib; bonū req̄ra-
tur prudētia actualē **C**Partē ne-
gatiuā sequūtur pleriq; vt do-
ctor subtil & alij quoq; n̄ oīzē

De actuū & formitate ad rationē rectā

eadem sentētia dicentibus ali quibus sufficere prudētiā ha bitualem id est habitū pruden tie: alijs asserentibus sufficere habitudinalem id est operis cō formitatē qualem recta ratiō dictaret si inesset: Neutrū hōꝝ mihi videtur verum: Con tra primum quidem insto: quo niam prudētie suffragium ad virtutem est directio: habitus autem non dirigit absq; actu igitur nil ad virtutem confert: Contra secūdum pariter: nam in bruto aut i homine v̄su ratiōis carēte esset virtutis opus: patet quandoq; in ei s fit opus qualiter dictaret ratio recta si adeset. ¶ Alia est opinio ipsiꝝ Okam credentis requiri actuā lem prudentiā etiam pro ob jecto actus: suadetur: aliter ali quis actus contra conscientiā esset moraliter bonus: nam est cōformis recte rationi si ades set. Item teste Aristotele Ad hoc q; aliquis bene agat mora liter requiritur q; o petur sciens: sciens autem dicit actum ergo requiritur prudentiā actualis qua cognoscat taliter esse agē dum. Prererea non cognoscat

esse taliter agendum nec con sideret illud esse bonū vel ma lum: agit a casu quo ad bonita tem vel maliciam. Quare no tes secūdum istum doctorem nullum esse actum intrinsece bonum nisi volūtatis Et non quidē oēm sed illum q omnes habet circunstātias & pruden tiā pro obiecto totali: cuius modi est iste actus volo dare elemosynam pauperi vbi/qua liter / quando propter deum quia recta ratio dictat Ille em actus volo dare elemosynā/ existens sine prudentia actua li non est moraliter bonus: et iste volo dare elemosynā vbi quando qualiter /propter deū/ existens cū prudentia non pro obiecto non est complete mo raliter bonus Dicitur cōplete quia existēs cum actu comple te bono diceretur extrinsece bonus ab illo. ¶ Alia est opi nio probabilior asserens suffi cere prudentiā actualem vel virtualem: id est fiat op^o in vir tute directionis prudentie exi stentis aut precedentis.

¶ Documētum octauum.

Invincibilitas

Ignorantie quādōq; verificat dictamen practicū alias falsū; id posui ca. x. āpli^o probo: ḡra ei^o ē aliquid agēdū qđ alias nō licet et: Aliquo enī invincibili ter credito paupere qui diues est hoc dictamen est v̄ez isti est elemosyna dāda. ¶ In hoc non mediocriter aberrāt mul ti: Dicit enim Okam iudicium illud esse falsum: actus autem ille bon^o est: & isti iudicio vni uersaliero cuilibet paup̄i ex trema necessitate cōstituto est danda elemosyna conforma tur. ¶ Contra pono nō esse iudicium illud vniuersale: tum etiam cum falsitate illius iudicij vniuersalis stat bonitas illius actus interioris: scilicet in casu quo sit aliquis pauper cui propter causam rationab;lem non sit danda elemosyna: ergo respōsio nulla. Item actus debet esse conformis recte rationi sibi proprie illud autem iudicij vniuersale non est pro pria prudentia directua illius actus. ¶ Dico igitur ut supra iudicij illud particulare esse

verum: probo si sit practice eroneum non est ager dum vt dictat: ergo agere vt dictat nō erit bonum: assumptū probo detur oppositū. Est agendum vt dictat vt puta in illo casu est illi danda elemosyna ergo verum est esse dandam ei ele mosynam: ergo tale iudicium est verum.

Sit regula. Ju dicia particularia practica con tingentia variantur in veritate vel falsitate secundum va rietatem circumstantiarum lo ci temporis / persone &c. vt in illo casu apparētes circumstan tie illius petentis que invincibiliter creduntur esse tales ve rificant hoc iudicium morale isti dāda est elemosyna: Et in alio casu qui adduci solet de vetula credente propositioni heretice predicate a doctore quem credit invincibiliter ve racē protunc enim circumstan tie predicatoris & credentis ve rificant hanc propositionem Isti propositioni heretice est firmiter credēdum. pariter de aliqua invincibiliter credita es

Lij

De actuū conformitate ad rationē rectā

se tua verificatur hec proposi-
tio hec est a me cognoscēda.

¶ Documentum nonum.

Ad moraliter ma-
lum non requiritur conformi-
tas addictamē erroneū īternū
qualis ad dictamē rectū requi-
ritur ad bonum: patet: contin-
git esse actū moraliter malum
quā nō precessit dictamē erro-
neū: vt in angelo malo & pri-
mis parētibus: alioquin pena
precessit et culpā: potest eiñvo-
luntas cōponere aut diuidere
intellectu non cōponēte aut di-
uidēte: hoc est potest velle aut
nolle cōplexē sine iudicio in-
tellect⁹ taliter dictāte: ad illud
enī sufficiūt noticie simpli-
ces extremoꝝ: & ita fuit in pri-
mi angeli & parētis peccato:
nullū iudiciū erroneū talē actū
malū precedebat: sed cū noti-
cijs apprehēsiuis extremorum
volūtas cōponēdo aut diu idē
do elicit̄ eū. Angelus enim
malus voluit equari deo in po-
tētia & ceteri sequaces eius cō-
senserūt volēdo lucifer⁹ equa-
ri deo: iste aut fuit ordo paren-
tū. nā euā voluit esu poni eq̄

ri ideo in sciētia boni & mali:
Adam vero ei voluit cōplace-
re comedēdo de ligno: quare
patet peccatū luciferi fuit pec-
catis angelorū grauius & pec-
catum Eue peccato ade.

¶ Documentū decimum.

Communioꝝ fi-
deliū sententia est sic naturā
humanā ob delictū sauciātam
fuisse in duabus supremis ani-
me potentijs atq; depressam
vt absq; dei auxilio speciali ne
queat intellectus de agēdis re-
cte iudicare: nec volūtas recto
iudicio per actū se cōformare:
hoc est ne queat intellect⁹ suis
puris naturalib⁹ iudiciū rectū
habere: eo pariter habito im-
potens est liber⁹ hominis arbitri-
ū actū moraliter bonū illi
iudicio conformem elicere: sic
igitur vtrac⁹ illarū potentiarū
et sua dignitate cecidit vt absq;
spāli dei ope resurgere neq;at.

Premittēdum est
primo pura naturalita dici ea
quibus cum gñali dei cōcursu
potens est creatura in effectū.
¶ Lumē nāle ē cognitio vera
possibilis viatori p hoc statu

Caput decimūtertium. For. lvi.

sine reuelatione a deo facta: emōi ē cognitio i viatore ex expientijs vel aliquibus princi pijs vel ratiōibus probabilib⁹ acq̄sita n̄ cōcurrēte reuelatiōe medietate v̄l immediate: hāc addo disiūctionē: qm̄ assens⁹ quo nūc deūeē trinū & vnū co gnoscis quis absq; dei reuelatione tibi facta insit: tamē per reuelationem sanctis patrib⁹ factam peruenit ad te.

C Secūdo : premititur auxiliū speciale diffiniunt spe cialē dei impulsū seu efficiētiā q̄ aie ad verū aut bonū coagit deus. Istis premissis dico dua rū opinionum pugnatiū vnā experītie aut rationi: alteram autē auctoritatib⁹ inniti quas illa glosat atq; exponit de bo no meritorio ad quod requiri tur auxilium speciale scilicet gratia a solo deo ifusibilis: cō muni⁹ tamē tenetur altera iux ta auctoritatū sonatiā vt est il la pauli. Non possumus ex nobis rāq; ex bonis aliquod bonū cogitare: alie sunt h̄mōi in numeri . Ad idē adduci solet ecclesie determinatio. de cōse cra. di. liij. c. si quis: Siquis gra

tiā dei dixerit valere ad habē dā cognitionē agēdorū & nō ad bene operādū anathēa sit & idē ca. placuit. Placuit vt q̄l quis dei gratiā solū valere ad facilis bene operādū sic q̄ liberū arbitrū sufficit diuia mā data adimplere anathema sit: de his alibi decisio.

C Incidentaliter quero an ad actū plene mora liter bonū requiratur dei co gnitio sub trinitatis cōceptu.

C Respōdeo negatiue: sufficit cōceptus cui subordiatur de⁹, vel summū bonum aut huius modi Est igitur falsum q̄ ad actum moraliter bonū requi ratur fieri propter patrem vel filium vel propter spiritūsanctum illa dictione appellante propriū cōceptū. **C** An enī possit qs frui essētia n̄ fruēdo psōa vel cōtra imediate. **C** Di cēd ē q̄ sic: p̄z. Quorū sūt disti cti cōcept⁹ sūt dilectōes illi cōceptib⁹ pportiōate. s̄z sūt cōcept⁹ disticti qb⁹ subordinātur hec noīa: essētia p̄fili⁹ / spūssāct⁹ ergo dilectōes illi cōceptib⁹ p portiōate sūt disticti ymmo

De virtutam cremento.

spē differētes put illi cōcept⁹.

Can alitē viator⁹
magis teneatur vnā psonā q̄
aliā diligere. Quorūdā rñsio
qñotī tenetur propter aliquā
causam diligere filiū propter
quam nō tenetur diligere spi
ritū sanctū videlicet propter
redemptionem. Itaq̄ ista cau
salis verificatur teneor diligere
filium quia est redēptor.
& nō verificatur ista / teneo di
ligere spm sanctū q̄a est redē
ptor. **H**ec rñsio est friuola li
cet apparēs : Ostēdo illius effe
ctus redēptiōis q̄libet psona ē
causa efficiēs ergo propter eā
dē causā quelibet persona est
diligenda; tū etiam motiuū eo
rum est sophisma purum pro
pter equiuocationem ratiois:
cuius retēta vniuocatione am
be causales verifica ntur: vide
licet teneor diligere filiū quia
ipse est redēptor & teneor dili
gere spiritū sanctum quia ipse
fili⁹ ē redēptor. **S**ed occur
rit parua difficultas an sit via
tor obligat⁹ implere in gratia
Respōdēdū est absolute q̄
nō : pōt ei existēs in peccato sa
tissimē & se acq̄tare: nisi spe

cialiter p̄ceptū sōaret obserua
ri in statu gatie cuiusmodi est
de celebratiōe aut receptione
corporis Xpi aut huiusmodi.

De virtutū cre mento. Ca. xiiii.

Primum documentum.



Tsī ma
gnitu
do co
nat⁹ fa
ciat bo
ni aut
m̄lī cre
mentū

non tamen est indeficiens eo
rū regula proportiōata. **P**ri
ma pars est nota: nā qui pl⁹ ad
opus bonum vel malum cona
tur pōit plus de suo: facitq;am
plusq; in se est ad bonum vel
malū. **S**ecundam partē ostē
do. Primo in malis contingit
absq; conatu peccare vide licet
omissione pura: In actibus pa
riter positiuis cōtingit aliquē
plus ad veniale conar / q̄ ad
mortale & minus peccare: im
mo in eodē actu cōtingit ades
se circumstantiam plus aggra-

Caput decimū quartum. Fol. lvi.

uātem actū vnius q̄ aggravet eūdem vel similem actum conat⁹ maior alterius. ¶ Et idē in bonis videlicet in actibus specie diuersis aut in actibus eiusdem speciei cum circūstan-
tiarum diuersitate contingit actum cū minori conatu esse moraliter altero meliorem.

¶ Quiymo ēt exsola suppo-
sitorū disparitate, gratia exē-
pli:concesso (quorūdam sente-
tia) plus posse conari naturam
angelicam / q̄ humanam: pari-
ter q̄ angelo & anima cū equa-
li conatu elicientibus actus ali-
quos erit angeli int̄erior act⁹:
non improbabile est anime cū
equali conatu actum esse mo-
raliter meliorē: nam plus pro-
portionabiliter ponit de suo:
an autē plus mereatur / secus:
nam istud in arbitrio acceptā-
tis consistit: id pronunc non
vltra exanimo. sufficit ostendere
in bonitatis aut malicie
mensura sumenda penes con-
natū debeat ēē alioꝝ paritas.

¶ Secundum documentū
Magnitudo diffi-
cultatis (ex peccato etiam con-

tracta auget) bonū & attenuat malum: Facilitas autem exer-
citio virtutis acquisita non mi-
nuit bonum. ¶ Prima pars est omnibus indubitata de diffi-
culty non contracta ex pecca-
to: id idē aut de altera probo:
fomes originalis contrahitur ex peccato & attenuat malum ad quod est pronitas. Pariter equanimis morborum ex pec-
cato contractoꝝ tollerātia redi-
ctur melior atq̄ plus merit o-
ria propter difficultatis graui-
tatē. Item nonnunq̄ huiusmo-
di difficultas actum in gradu
heroico cōstituit. ¶ Secūdam
partem ostendo. Laudabilitas
exercij virtutis nou debet lau-
dabilitatē operis cui⁹ est exer-
citium minuere. ¶ Nonigitur
incōuenit vilissimum crapulo-
sum plus naturali temperato-
mereri per simile ieiuniū pro-
pter difficultatem ex culpa vel
ex natura contractam. Cum ergo
dicitur gaudeat bene nati:
dicēdi isti sunt prestatiōres se-
curitate status / sed non excel-
lentia actus ad actum compa-
rati cum aliorum paritate.

¶ Tertium documentum.

De virtutum cremento.

Moralem bonitatem atq; maliciam attenuat cōfusio act⁹ volūtatis: p; ē phoc ab executōe remotior cū actio-nes dicātur eē singulariū. Tū etiā min⁹ disticte h; boni vel mali rationē: iste igitur act⁹ vo-lo isti paupi hāc dare elemosy nā ē melior isto volo alicui ele-mosynā dare: & iste act⁹ volo istū occidere isto deterior vo-lo ali quē occidere. ¶ Differūt igitur in bonitate amor sortis amor hoīs/amoraialis/substātie/entis scđ; hos cōceptus cō-munes ascēdēdo. ¶ Corolla-riū: toti⁹ disiūctiue cui⁹ vtraq; pars ē licita volitio ptis lauda-bilioris ē melior volitiōe toti⁹ disiūctiue. ḡra exēpli: Iste act⁹ volo dare duo/est p̄stātoristo volo dare vnu aut duo: patet iste ē cōfusior idē dicas i maf: ad hoc em q̄ disiūctua sit re-cte volēda sufficit alterā ptū esse licitam.

¶ Quartū documentum,
Morale bonitatē atq; maliciā auget pluralitas copulata obiectua ceteris pa-tibus. p;: Illic est maior diffor-

mitatiū cumul⁹: ḡra exēpli/gra-uus peccat vna volitiōe volēs tres occidere q̄ duos &c. Sice ei magnitudo superioritatis obie-cti offēsi/aut beneficij ab eo suscepiti/ aggrauat culpam. ¶ Seqtur corrīm. Deterior ē volitio copulatiue ex ambab⁹ partibus illicitis: q̄ sue disiūcti ue: Et peior est q̄s p̄ duas par-tiū volitiōes q̄ p̄ vnicā totius copulatiue volitionē. Idem de copulato & suis partibus dico duab⁹ volitiōib⁹ volēs istū & illū occidere grauius peccat q̄ vnavolitōe volēs hos duos oc-cider q̄a iste cōfusi⁹ vult q̄ ille

¶ Quintum documētum:
Moralem boni-tatē atq; maliciā auget gradua-lis intēlio actus ex libertate p-ueniēs ceteris alijs paribus nō alio paccidens obstante. ¶ Ostē-do: augmentū graduale actus est act⁹ eiusdem speciei cū pri-o ti igitur est cōsimilis ad ratio-nez rectā cōformitas aut dif-formitas: & p cōsequens ipsa priorez adauget. Sic em cōtin-git vni⁹ homicidā eē grauiter peccare cū occidēte duos aut

Caput decimquartū. **F**or. lviij.

plures primo equales. patet cōtingit illi feruorez seu gradua lez volitiōis intensione; auge ri ad duplū aut triplū &c. & ita gratia intēsionis vnā volitio nē multas remissas exuperare. Eadē opatur eiusdē act⁹ libe ra cōtinuatio aut ei⁹ libera re petitio. ¶ Supra addidi non alio p accidēs obſtāte: qm̄ gra tia nocumēti/aut cōſciētie di cōtātis/aut obligatiōis ſpecial⁹ ſupioris cōtingeret intēſionis gradualis augmētū nō adau gere actus alias bōl bonitatē, ymmo nōnūq̄ minuere Con tingit enī naturā posse abſq̄ nocumēto certū feruorē actus bōl ferre & nō notabiliter intēſionem ob cerebri debilita tem. Pariter cōtingit cōſcien tiā dictare nō esse eliciēdū no tabilitet intēſum hinc remis sus nō viciabitur & intēſior ſic q̄a cōtra cōſcientiā Simili ter cōtingit haberi ſupioris pceptū ſpecialē de reſecādo hu fuſmodi excessiuo feruore ad mittens remiſſum. ¶ Sequū tur correlaria. Primū duo act⁹ coexistentes ſeſe viciāt quorū vterq; ſeorsū eſſet bonus: qua

re nō incōuenit duo ſeſe viciā re mortaliter quorum vtrūq; ſeorsū eſſet veniale. ¶ Secū dū correlariū. cōtingit a duobus actibus eq̄ meritorijs. eq̄ les auferri latitudes & nō ma nere inter ſe eq̄ meritorios: p; cōtingit actū abſq; habitu in tensum vt duo & actū cū habi tu aut alio auxilio intēſum vt ſex eſſe eq̄ bonos & eq̄ me ritorios a quibus ſi equalis auferātur videlicet ab vtroq; vnuſ gradus/ nō manebūt eq̄ liter bōni. ſi autē ieqlia auferātur/ ſc; ab vtroq; ſua medie tas/manebunt inter ſe eq̄ liter bōl & eq̄ meritorijs: hoc igitur p̄cipiū ſi ab eq̄libus deman tur &c. Debet intelligi quādo demuntur ea rōe q̄ erāt talia.

¶ Sextum documentum.


Aucta aut multi plicata obligatiōe augetur bōlitas atq; malicia: augetur qdē bōlitas i bōis potiſſimū qñ ino tescēte obligatiōe fit opus ſcd; q̄ hmōi: vc; fit ex cīrcūſtātia hmōi obligatiōis at; obediētie q̄ em̄liorq; victia: i mal' at obli gatiōe cognita at cognosci de

De virtutum gradibus.

bita augetur malicia. ¶ Sequū tur corollariū. Prīmū: legis ve teris in euāgeliō repetite: dein de in iure ciuili atq; canonico est impletio melior: & trans gressio deterior: nam augetur obligatio. ¶ Secundū corolla riū: Ordinatus & beneficiatus obmittēs horas: grauius non beneficiato peccat: & plus me retur eas dices ex maiori obli gatione: sic in quadragesima iejunium profestia liciens apo stolorū obseruās plus mere tur: & graui⁹ delinq⁹t infrigēs.

¶ De virtutū gra dibus. Ca. xv.

¶ Primum documentum,



Ora =
līsvit
tutis
(q̄ cir
ca dif
fīcile
est)
tres

assignātur gradus penes diffi cultatum mensuras distincti: videlicet téperātia/cōtinētia/

& heroica virt⁹. ¶ Virtus qui dē sedatis passionib⁹ deno minatur téperātia. ¶ Cōtinētia autē existētibus passionib⁹ vehemētibus retrahentibus. ¶ Virtus autem heroica dici tur virtus supra cōmunē hominum facultatem ex ardua operis aut circumstantie perso ne difficultate. ¶ Opus enim dicitur trāscendere cōmunē hominū facultatem: quia pre difficultate communiter homines sic dispositi id non fer rent: Ita q̄ rarus esset sic dis positus/qui illud operaretur ¶ Cui adiōcio dupliciter eē o pādi difficultatē quādoq; ex p te circūstātie p̄sone: vt in vo luptuoso p naturā aut per ha bitū: quādoq; ex cōditiōe ob jecti vt est mortis tollerātia & huiusmodi. ¶ Illis opponūtur intēperātia/incōtinētia/& bestialitas: Intēperantia sedatis passionib⁹. vehemētibus: Incōtinētia eis existētib⁹: bestia litas supra cōmunē hominum vsum/siue in cibo/siue coitu/ siue alio huiusmodi. ¶ Predicata quippe nomina sunt multi uoca p̄ter has significationes.

Caput decimquintum. Fol.lix

Temperantia est specialis virtutis nomen passionum gustus & tactus moderatiue: continencia moderationi passionum venerealium appropriatur: bestialitas autem ad quamcumque brutalem conditionem quandoque extenditur.

¶ Secundum documentum.

Non ideo dictissit virtutū gradus quia eorum actus non in determinatis virtutum speciebus cōstituātur: sed quia in diuersis virtutū generibus reperiūtur illorum modorum actus: gratia exēpli in genere fortitudinis reperiuntur actus sedatis passionibus: aut eis vehementer contrapugnantibus: aut cum difficultate supracommunem hominum facultatem existēte. Pariter in genere temperantie circa passiones gustus & tactus: aut in genere iusticie: quinymo & in illorum generū speciebus tres illi gradus sunt reperibiles. ¶ Taliū igitur graduū actus sunt illorum generum aut ipsarum specierum virtutū: in quibus eorum materiae cōstituuntur.

¶ Tertium documentum.

Dupliciter actus constituitur in alicuius virtutis gradu vide licet intrīsece & extrīsece. ¶ Intrīsece qui graduatas illas passiones aut difficultates aut earum decremēta habent pro obiectis: & huiusmodi actus specie differūt. gratia exempli volitio ieiunandi: aut caste viuēdi sedatis passionibus: & volitio eiusdē nō obstatib⁹ vehemētib⁹ passionib⁹: aut volitio nō obstatib⁹ difficultatibus supra cōem homin facultatem existentibus: hijs actus sunt specie distincti huiusmodi graduatas difficultates pro obiectis habentes. ¶ Actus autem extrīsece tales sunt actus eliciti coassistentibus illis difficultatum mensuris quas tamē pro obiecto non habeāt huiusmodi actus. Non enim necessitatibus voluntas in omnia circūstātia etiam per intellectum ei ostensa ferri obiective: sic dico actum varijs temporibus continuatum posse eūdem numerō per tres illos gradus transire: patet. Sedationi passionum

De virtutum gradibus.

sucedat earum vehementia:
huic succedit difficultas supra
hominum facultatem: sic idē
act^o varijs illis epib^o erit extri-
sece tēperātia: cōtinētia: & he-
¶ Quartum docu. (roic^o.

In voluntate suā
sedem habet tie sili virtutum
gradus: id dico contra quorū-
dam opinionem asserētum in
appetitu sensitivo esse tempe-
rantiam gradum & in volunta-
te continētiām. **¶ Contra** siue

parua siue vehemēs sit passio:
no siphonij. Hypotens est voluntas circa virtu-
tis materiā elicere actū: actus
vero non impeditur habitū in
volūtate pducere igitur vtrius
q̄ horum graduum est in libe-
ro arbitrio virt^o. **¶ Quinto** mo-
tuο et illorum trium graduū
impertinens est corresponde-
re in appetitu sensitivo habitū:
Pro quo premittendū est actū
appetitus sensitivū a sensatiōe
causari/ nec voluntatis actus
actum similem producit in ap-
petitu sensitivo & ita nec habi-
tus habitum. Quare circa obie-
cta sensibilia voluntate actum
eliciente/ aut igitur tūc sensu-

Per se
est causa applicata eum cōfor-
miter immutans & sic in ipso
causabitur actus actui volunta-
tis in genere conformis. Si au-
tem sensui applicata sit causa
contrapugnanter ad voluntas-
tatem immutās producetur in
eo non actus actui voluntatis
cōformis/ sed dissonus. Si ve-
ro nulla sit causa sensui appli-
cata immutans ad actum non
producetur in eo act^o actui vo-
luntatis consonus vel disson^o:
& per consequēs nec habitus.

¶ Quintum documentum.

In appetitu sensi-
tuο sunt actus atq̄ habitus ge-
nerice circa virtutis materiam
sub comodivel incommodi sē-
sualis ratione: non autem has
bet plenam virtutis conditio-
nem. **¶ Prima** pars: patet. fer-
ri potest huiusmodi appetitus
in cibum potum/coitū/aut si-
mile quod sit prout virutis
materia. **¶ Secundam** partem
ostēdo: nā fine & alias circūstā-
tias: pariter cōformitatē ad re-
ctā rōe cōsiderare neqt̄ sēsus.

¶ Sextum documentum.

In potentis exte-

Caput decimū quintū.

Fol. Ix.

rioribus non producuntur virtutum aut viciorum habitus ex operatiōibus localiter motiuis ymo nec illic habitus vlli. Tum ille motiones sunt ipsa organa mota: aut realium opinione sunt non qualitates sed de genere quantitatis continue successione cuius nō est habitū produce re q̄ē qualitatis species Tū ē motus mēbri est eiusdē speciei cū simili motu lapidis: sed nō producitur in lapide sic moto habitus: igitur nec in mēbro sic moto: Itē ubi tali motu (te prorsus dormire) quis mēbra tua moveret nō nasceretur in mēbris tuis habitus: nihilominus moeus ille est eiusdē speciei cum motu eorum ab anima tua: igitur &c. Correlatiū infero esse actualē virtutē i potētia aliqua in qua negat eēvirt⁹ habitualis: p̄ de operatiōibus motiuis ex quibus non nascitur illic habitus.

¶ Septimum documētum.

Comparati pos-
sunt dupliciter virtutū gradus videlicet penes actuū bonitatē & statū pulchritudinem. Penes quādē primū sup eminet virt⁹ he-

roica: post quā continētia/deinde temperatia, Penes autē statū pulchritudinē atq̄ securitatē gradus téperatiae gradū continētie p̄cellit. ¶ Primū patet. Vbi maior pugna: ibi gloriōsior victoria augetq̄ bonitatē difficultas. ¶ Secundū autē ostēdo téperatiae stat⁹ est aureo in nocētie statui atq̄ statui beatifico ppinq̄ & a periculo labēdi remotior ppter hostiū videlicet passionū tūc sedatae absentia qua quietior atq̄ trāquillior redditur téperatiae stat⁹ & diuīoꝝ cōtemplatiōi aptior. ¶ Documētū illud intelligo certis parib⁹ ppter graduū diffētētā Nā aliūde disparitas posset illa graduū ḡna in suis actib⁹ reddere ut excedēs & excelsū: aut eq̄lia p̄: q̄tūvni actui addit difficultas tm̄ vel pl⁹ vel eq̄liter alteri actui absq̄ difficultate addere pōt gradualis intēsio/obediētia/finis/autalia circūstāta. In diuersis pariter specieb⁹ nō edubitiū: ḡna exēplidet dilectio absq̄ passio retrahētē edilectōe pxipassioata melior. Nō igr̄ q̄cūq; act⁹ heroic⁹ quo cūq; actu nō heroico ē melior.

De virtutum connexione.

¶ De virtutum cōnexione. Capitulū decimum sextum.

¶ Primum documentum.



Otest q̄dripha-
riam vir-
tutū in-
telligicō
nexio:
sc̄ for-
maliter/
principiatue/inclinatiue/& de
nominatiue. ¶ Formaliter qui
dem idest dependēter sic q̄ ne
q̄at vna sine alia h̄i seu neces-
sario vna habita h̄eatū alia.

¶ Principiatue connecti est in
aliquo communi principio vir-
tualiter contineri: prout in ali-
quo genere continētur sue spe-
cies atq; indiuidua. ¶ Inclina-
tiue autem connecti: est vnam
ad alteram esse inclinatiuam.

¶ Denominatiue autem: q̄ ha-
bens vnam non perfecte sine
alia denominatur.

¶ Secundum docimētum,

Morales virtutes

sunt non formaliter: sed prīci-
piatiue: inclinatiue:& denomi-
natiue connexe: hoc dogma
quattuor propositionibus elu-
cescet. ¶ Prima ppositio: mo-
rales virtutes non sunt forma-
liter cōnexe: patet: potestynius
virtutis materia menti occurre-
re non occurrente alterius ma-
teria: ymo vtriusq; materia oc-
currente potens est liberum ar-
bitrium circa vnius actum eli-
cere: suspendens circa alterius
materiam actum Igitur pote-
ritynius actus sine alteri⁹ actu
esse & ita habitus sine habitu.
¶ Secūda propositio virtutes
morales sunt principiatue cō-
nexe probo: sunt quedam prin-
cipia omnibus particularibus
virtutibus cōmunia: in quibus
omnes morales virtutes quali-
ter in genere sue species conti-
nentur: quinymo ad cuiuslibet
particularis virtutis actum oc-
currēte materia per intellectū
ostēsa inclinare possunt: cuius
modi sūt hec principia aut ha-
bitus eis conformes: est recte
agendū: eit cōformiter agēdū:
rationi recte &c. ¶ Tertia pro-
positio: virtutes morales sunt

Inclinatione cōnexe: ostēdo: ad cuiuscūq; virtutis moralis actū potest quecumq; alia moralis virtutis in aliquo casu suffragari Exempli gratia: efficaciter volens seruare castitatem/ cui proponitur mores nisi fornicetur: ipse ex castitatis habitu mortem tollerare equanmiter elicit potiusq; fornicationi cōsentire: sic castitas ad actū fortitudinis inclinat:nā volens efficaciter esse fortis vel magnanimus iudicans nō posse absq; castitate/ elicit ex fortitudinis habitu ipsam castitatis volitionē: & ita in alijs accidere potest. ¶ Quartapropositio: virtutes morales sunt denominatiue cōnexe: quoniam in communib; anime accidētibus ad perfectam denominationem genericam in cōcreto requiruntur illius generis omnes species potiores. Exempli gratia. quis quis sit perfectevidens sine auditu/ aut perfecte geometr̄ absq; medicina/ aut perfecte temperatus sine fortitudine: non tamen plene & perfecte sentiens/ aut sciens/ aut studiosus nominandus est.

¶ Tertium documentum
Virtutes morales sunt connexe ipsi prudētie: non sice conuerso morales autem & theologice infuse nō sunt cōnexe. ¶ Prima pars patet: cōtingit absq; alijs virtutib; moralib; esse in intellectu prudētiā non autem virtutem in voluntate absq; prudētia actualiter aut virtualiter. ¶ Secūda pars ostēditur: sūt in parvulo baptisato theologales infuse absq; moralib; possunt pariter in gētili absq; theologici sisfusis eē morales: ymo & absq; acq; sitis/ saltē nō cōsummate: qđ addo/ qmād pfectam consummatamq; virtutem moralē requiritur acquisita charitas pariter fides de fine vltimo.

¶ Quartum documētum:
Ex principiatiua aut inclinatione connexione dicitur quis virtutem aut viciū habere in animi pparatione. ¶ Quare huiusmodi preparatio est dupliciter. Vnomodo principiatiue, id est aliquod cōmune habeat principium sub

Mj

De virtutum connexione.

quo illa virtus aut vicium cōtinetur: cuiusmodi agendum est conformiter recte rationi/ temperate viuendum est: non est agendum conformiter rationi recte: non est viuendum temperate. ¶ Alio modo inclinative: & sic efficaciter vna habens virtutem habet in animi preparatione alias: nam occurrente casu quo operatio illius aliam requireret ipsa ad actum eius inclinaret: pariter vnum habens vicium ipse in animi preparatione vicia alia habet: occurrente enim casu quo fur furtum efficaciter voluntum non posset sine homicidio explere: inclinaretur ad homicidium: sic igitur ipse in preparatione animi homicidium haberet.

¶ Quintum documentum,

Contingit virtutem virtuti esse repugnantem & vicium vicio: ostendo. contingit duos actus omnino contrarios diuersis temporibus esse

retricio enim duo sunt scilicet actus meretricandi & talis est iure prohibitus: deinde est pecunie suscep^tio & hoc non est iure prohibitum: nec q^{uod} tūm est ex hoc inualidatur datio tali modo facta quare pecunia/ni aliud obstat efficitur ipsius meretricis. ¶ Pater igitur respōsio An omnis pecunia per actum illicitum habita sit restituenda. Respondeo q^{uod} non: & hoc quando per talem actum illicitum acquisitio non inualidatur: si autem inualidetur: certum est res nō efficitur sua: & per consequens est restituēda: non quidem semper illi cuius erat sed ei vel in pios usus distribuenda: In furto vel rapina/res est restituēda illi cuius erat. In ludo autem sortis aut i^symonia/restituenda est nō illi cuius erat sed in eius detestationem illo medio alienantis res in usus pios instituitur eroganda.

¶ Quartū capitulo erunt tres articuli:
Primus in genera

li De Justicia & ei⁹ membris. Secundus de Justicia di stributiva. Tertii de commutativa.

¶ Primum documentum.
Articuli primi.



V^{irt}us est
virtus alteri q^{uod} suu^r est tribuēs
Ita igitur q^{uod} ei⁹ duo sunt: Pri-
mo est ad alterum: fortitudo
enim & temperantia hominē
ad se ipsum dirigūt videlicet
proprias moderando passio-
nes. Iusticia autem hominem
dirigit ad alterū aut saltem ad
se tanq^{ue} ad alterū: Secundo est
ad alterum sub ratione debiti
videlicet ei quod suum est tri-
buens: quare qui alteri gratis
domum tribuit non per hoc iu-
stus sed liberalis dicendus est
nomine sic appropriato: quod
addo quoniam nonnūq^{ue} ex-
tenditur iusticie nomē ad om-

O iiij

Libri secundi.

nem actus conformitatem rationi recte: & hoc modo convertibiliter se habent iustus & bonus/iusticia & bonitas: potest enim iusticie debitum esse triphariā: ut pote psonē publice ad priuatā: & ecōtratio: patiter psonē priuate ad priuatā.

CSecundum documentum.

Hec iuristarū definitio: iusticia est constans & perpetua tua voluntas ius suum vnicuiqz tribuens (que recte ipsi deo cōuenit) hominib⁹ ad aptari valet. Dico enim tripliciter accipi potest constans atqz perpetua uno modo ex parte potētie/secundo ex parte act⁹/ tertio ex parte obiecti. Primo quidem modo constans atqz perpetua per indefectibilitatē ipsius voluntatis & id soli deo competi: secundo modo per impermutabilitatem volitionis ad volendum contrarium. itali volitione sic vult alteri quod suum est reddere q̄ ne queat illa volitione aliter vel le. i. non alteri quod suum est reddere. Tertio mō velit alteri constanter & perpetuo reddere quod suum est: saltē in

De Iusticia

pposito formaliter aut inter pretatiue in hoc sensu nolle ab eo desistere p̄ quocūqz qd ē cōtra rōem rectā: & his duob⁹ modis viatorib⁹ cōpetere pōt. **A** beatis enim inest constans & perpetua voluntas &c. constantia et perpetuitate continuationis actus iusticie absqz interruptione: viatori autem duplex accidere potest interrupcio vna pure negationis p̄ recessionē act⁹. alia prae dispositōis per act⁹ iniusticie pōem:

Tertium documentum.

Duplex est iusticia videlicet legalis & particularis: prima bonum communē intendit Altera bonum priuatū. Illa igit̄ bonū cōe h̄ p̄ objecto. Ista aut̄ bonū pticularē loquēdo de actu intrinsece tali Circa igit̄ easdem materias versari possunt sed rationibus diuersis: iusticiam enim legalem dicit philosophus eandem omni virtuti seu totā virtutem videlicet materialiter: quoniam aliarum virtutū materias et operationes prout expedit ordinat in commune bonum et inde appellata est

Caput quartum.

Fol lxxvi.

virtus generalis: quam princi paliter et quasi architectonice in principe e se dixerūt: in sub ditis autem secundario et fere administrative. ¶ Aliter accip̄i posset pro omni operatione ex debito legis facta: aut stri ctio pro ipsius legis institutio ne aut eius obseruande coercione & hoc modo est in prin cipe siue superiore Quinomo eum expedit leges suas obser uare etiam quibus solutus est: Nam regis ad exemplum totus componitur orbis: princi pem enim philosophus legē animata vocat: ad quam sub diti tanq̄ ad quodam exem plar respiciunt: quare eum iu sticia pollere opere pre cium est qui eam alteri ministrat: mo bile mutatur semper cum prin cipe vulgus: Dico nihilomin⁹ qua rūdā legū viliū obseruatiā dignitas principis nō admittit.

¶ Quartum documentum.

Iusticia particu laris est duplex scilicet distri butiua & cōmutatiua. Prima est/qua quis vt persona publi ca distribuit communitatis bo

na secundum personarum me rita & dignitates: cuius actus consistit in debita officiorum & beneficiorum collatione: in distributione atq̄ administra tione sacrorum atq̄ terrenorum: silt in debita exhibitiōe reue rētie & honorū/ & in debita exe cutiōe iudiciorū: i q̄b⁹ oīb⁹ p̄so narū acceptancem eē cōtigit: q̄ ē cōtra iusticie debitū: q̄ post erga aidoneitate p̄fertur p̄sōa p̄sōe ppter idebitā cāz scz ni hil faciēte ad idoneitatē. Nō iḡ i deū cadere p̄t: q̄litercūq̄ p̄sonā p̄sōe aīp̄oat: p̄z nulli eē p̄t debtor. nō ei ē i hisq̄ mere liberalitatis sūt. ¶ Iusticia vero cōmutatiua i cōmutatōib⁹ cōsu stit q̄ p̄sōa p̄ticularis p̄sōe p̄ti clari qd̄ suū ē tribuit. Cōmuta tōz qdā volūtarie qdā iuolūta rie appellātur: Ille qdē vbi q̄ rē suā spōte in altere trāffert: p̄t i cōtractib⁹ / q̄sūt ē p̄tio / vē ditio / p̄mutatio / mutuū / accō modatū / depositū pignoratio locatio / cōductio fideiussio & hmōi: In uolūtarie vero dñr vbi quis re alterius / aut persona / aut opera eo inuito vtitur: In his enim cōsistit iniusticia:

Libri secundi.

cuius species sunt furtum/raspina/homicidiū/veneficium/falsa accusatio/detractio/desistio/contumelia/fusuratio/maledictio/adulterium/& huiusmodi in quorum oppositis consistere potest iusticia.

CDocumeutum qui utum

CPreter superenumeratas iusticie partes quas subiectivas seu specificas appellant/solent partes potentiales superaddi que a Tullio in rhetori assignātur sex: Religio/pietas/gratia/vidicta/obseruantia/veritas: **C**Religio em̄ ceremoniam atq; cultum deo impendit. Piatas parentibus atq; patrie debitum reddit, Obseruantia est qua quis virtuosis personis in dignitate supra eū cōstitutis exhibet debitū. Veritas qua q̄ se proximo ostendit in dictis aut factis talem qualis ipse ē. Gratia bñficia alicui recom pensat scdm q̄ ab eo accepit. Vindicatio qua defendendo vel vlciscēdo propulsatur moderate violentia & iniuria: Huius enim actus sub iusticie spe

De Iusticia.

ciebus preassignatis contineuntur vt per amplius patebit.

CAliqui liberalitatē & amicitiam superaddunt: nō q̄ sint iusticie species aut specierum actus: sed aliquam habēt cum ea similitudinē per hoc q̄ sunt ad alterum cum aliqua honestatis congruentia. **C**Obedientiam pariter adisciūt que sub obseruantia intelligi poterat: eius enim actus est vere iusticie que ceteris virtutum actibus non modicum prebet crementum: cum ipsa melior gratiorq; sic q̄ vīctima:

Hinc qui suo arbitrio absq; subiectione operibus virtutū vacare volūt suū attenuat meritū q̄tū ē ex hoc: id addo qm̄ non est facile multiplicanda obligatio: qua quod consilij erat fiat precepti: cuius transgressio prius inculpanda culpetur & ad reatum imputetur: sic esset animabus tēdicula patare easq; nouis illa queare laqueis: prudenter enim habita fragilitatis ratiōe tutius esset nonnullis penitentibus penitētias iniūctas relinquere subcōsilio q̄ sub precepto eas impos-

Caput quartum. fol. lxxvii.

nere aut sic ablatas recipere: homini autem constanti foret utilius cum huiusmodi obligatione eas acceptare: probet igitur seipsum homo: ac pariter superior inferiorem cui ad auctius merendum daturus est preceptum.

¶ Documentum sextum.

¶ Donit Aristoteles

Ethi. v. esse iusticie adiunctam Epykeian: qua permisso verborum legis rigore prefertur quod recta ratio poscit: & quod legislator in tali casu preelegit debuisse. ¶ De his enim que ut plurimum accidunt fertuntur leges pro communi bono: quarum obseruatio in quibusdam casibus & circunstantiis manifeste bono communi vel equitatim perniciosa foret. Quod enim pro certo fine introductum est: non debet contra illum finem militare: quare ipsum salubriori consilio est protunc relinquendum: alias potius legis prevaricator quam obseruator esset censendus: iuxta regulam iuris. Is committit in legem qui verba legis ample-

ctens contra legis nititur voluntatem: huiusmodi enim virtus Epykeia appellatur: seu iuris equitas: De qua intelligitur. Cui sunt leges ut iure regantur. Exempli gratia: si lege vel iudicis sententia cautum esset gladium depositum restituiri hoc vel illo tempore: & quis aut in furia aut ad patrie impugnationem repeteret: tunc locum habet Epykeia: estque ea in legis vel sententie executione vtendum: ¶ Ad quemlibet ei in manifestis & notorijs id spectat: secus autem in dubijs.

¶ Secundi articuli De iusticia distri butiua et speciebus quatuor erunt puncta.

¶ Primum documentum.

Primi puncti.

IN beneficiorum officiorum distributione est persone idoneitas principaliter atten-

pj

Libri secundi. De Justicia.

denda:qua existente oculum ad aliud conuerti conceditur quale esset consanguinitas/ob sequium impensum/aut huiusmodi:gratia culus quantum est ex hoc ydoneum ydoneo lice te preferri contingit non autem idoneo non idoneum. Dixi quantum est ex hoc nam alium de nasci posset iniqüitas gratia exempli ubi idoneo pro ob sequio pecunia refundendo conferretur ecclesiasticum beneficium tanquam illius premium atque retributio symonia eēt. An autem iniqüius sit illius beneficium vel officium symoniaco ydoneo conferre quam non ydoneo gratis tribuere:dico duo hec possunt ut excedens & excessum se habere Est tamen secundi iniqüitas durabilior:non inconuenit in his iniqüitatem aliquam nosymoniacam esse aliqua symoniaca deteriorem:sic duarum iniqüitatum minor collationem non nunquam inualidat:perniciosa enim valde & admodum detestanda res est in huiusmodi preferenti non ydoneum:patet ex gravibus facturis quam in republica

tam ecclesiastica quam laica misericorditer accidentur.

C Secundū documentum;

Dogmatissat ple
riq; esse in foro dei & consciē
tie preferendum duorum ydoneorum magis ydoneum: In
foro autem iudiciali sufficit p
ficere ydoneum videlicet ad
hoc quod nequeat huiusmodi ele
ctio aut collatio impugnari:
alioquin omnis electio calum
niā pateretur:intuitu igitur
consanguinitatis/seruicij/vel hu
iusmodi preferre minus bonum
meliori est in foro dei accepto
personarum.

C Pro hac opinio
ne adduciunt illud hiero.Qui
prestantior est omni populo quam
doctior/qui sanctior/qui in opere
virtute eminentior/ille eligatur
ad sacerdotium q.d.j.ca.
Licet:verum est quod si pares fuerit
potest consanguineus vel ob
sequiosus aut eiusmodi preferri
alteri nisi scandalum aut alia
perniciosa sequella obstet.Idē
dicendum est in conferendis
officiis aut distribuendis ele
mosynis ex bonis communis

Caput quartum.

Fol. lxxvii.

vis vel testatoris. Dare enim vniculus aut consanguineis vel alisis amicis minus egentibus est acceptio personaruz. Dices facilius dispelatur cum diuitibus q̄ cum alijs ad contrahendū matrimoniu in gradu prohibito. Neq; propter hoc sit per sonarū acceptio igitur neq; illic propter similia. ¶ Respondeo negando consequentiam quoniam hec conditio pertinet ad negocium & non illa: matrimoniū enim dispensatio in gradu prohibito consuevit' principaliter fieri ppter foedus pacis seruandum quod est magis necessarium communī utilitati circa personas diuites aut potentes: quare hoc ipedit acceptio nem fieri personarum.

¶ **A**llia est opinio q̄ in foto conscientie non tenetur quis preferre meliorē sed sufficit idoneum obseruare: ymo secūdum vnam termini interpretationem idoneus non suscipit comparationem: nam omnium integratatem cōnotat que requirit officium. Et ita dicere iste est magis idoneus

q̄ ille est dicere iste h̄z aliquid ad officiū requisitū quod ille non habet. Et si sic tūc sequitur q̄ ille nō est idoneus: si igitur ambo sunt idonei neuter habet aliquid ad officiū requisitū qd alter nō habeat. Et per consequētū neuter ē altero magis idoneus. ¶ Dico aut̄ duo: primo falsum esse q̄ idoneus nō comparationē suscipiat: q̄ eīm duo rūvterq; omnia requisita ad esse albū habeat nō sequitur neutrū esse altero albiorē. Secūdo dico id nil pposito obesse vel prodesse: quoniā mens querentiū est an ille q̄ i cōcernētibus officiū executionē ē perfectior sit alteri idoneo minus pfecto preferendus. Tenet ista opinio q̄ non debito obligationis.

¶ Ad auctoriates autē sonantes meliorē esse preferēdum: verum est non idoneo: vel si fiat sermo de ambobus idoneis debet intelligi meliorē esse preferendum debito congruentie & non debito obligationis: cōgruum est enim atq; expediēs magis idoneum preferri: non enim agere obligauimur meliori mō quo possumus.

Libri secundi De Justitia distributiva.

CAnim aduerte in hac mat-
ria/accipitur bon⁹ pro idoneo
& sumitur quidem idoneitas
comparatiue ad officij vel be-
neficij qualitatem. quare ip-
sa non semper ex persone sci-
entia/aut particulari bōitate suf-
ficienter concluditur: sed pari-
ter ex alijs ad bonum commu-
ne & ad vtilē officij executio-
nem conferentibus: cuiusmo-
di est potētia/ experiētia/ idu-
stria: aut ad huiusmodi: nō igi-
tur semper maiori virtute aut
sciētia preditus est hic melior
siue magis idoneus.

De sacrorum di- stributione Pun- ctum secundum.

Documentum primum.

IN sacrorum distri-
butione attēditur de-
bita mīstri & ei⁹ cui
ministratur cōdīcio cum rela-
quis circumstantijs: vt pote nō
sit prohibitus minister ille aut
cui ministratur: nec sit loci/ aut
temporis/ aut finis/ aut huius-
modi prohibita circumstantia:

& vt nunc de ecclesiasticis sa-
cramentis sit sermo: Dico mi-
nistro maliciam nonnunq̄ mi-
nistro/quandoq; sacramēto/
aliuando utriq; / aliquando
neutri obesse. **C**Ad sacramē-
ti enim conficiendi integrata-
tem sufficiunt & requiruntur
hec quatuor materia/ forma/
potestas ministri/ & eius debi-
ta intentio vt scilicet intendit
ecclesia Ex parte autem mini-
stri culpam euitatur alia pluri-
ma requiruntur pro solenni-
tate aut aliter instituta etiam
non de sacramenti essentia.

Secūdum documentum.

Ministri malicia
vnū de illis quatuor omittē
tis sacramēto obest i hoc sēsu
nō fit sacramētū: scilicet omis-
sa materia/ aut forma/potesta-
te / aut intentione debita Ma-
licia autem in reliquis iure in-
stitutis ministro obest non sa-
cramēto: gratia exempli in va-
se/ aut habitu/ aut loco/ aut tem-
pore/ aut statu/ & hīmōi non de-
bitis mīster cōsecrat/ s; peccat:
Malicia vero neutro illorum
modis se habēs neutri obest

Caput quintum.

Fol.lxxix.

cuiusmodi malitia aliqua venialis impertinens rei.

Qualiter vero huic cui ministratur obsit ministeria malicia aut proposita bonitas est augustini sententia ut recitatatur de consecratione distinc. iiiii. ca. cum baptisat malus ubi dicit non datur impar baptismus per impares ministros: & eadem distinc. pluribus ca. idem ostenditur: quod potissimum intellige de sacramentorum effectu essentiali Nam illic deus operatur ut auctor & homo ut minister: interuenit enim ille effectus non ministri sed passionis christi merito cuius virtus operatur in sacramentis, Quare effectus essentialis non datur per ministrum meliorem melior: sed quoad effectum aliquem accidentalem operari potest minister sanctitas per orationes & bonas eius affectiones quibus a deo talem impetrat effectum Silvester papa constantino imperatori mundationem lepro obtinuit baptisando: iste est accendatalis effectus. Essentialis autem illic est remissio pec-

cati originalis & gratie baptismi malis infusio.

Qualif autem ipsi ministrati sua obsit malicia: an peccato irretitus peccet sacramentum sic ministrans. Respondet indistincte tho. iii. iiiii. distinc. v qd sic Nam irreuerentiam deo facit quare dicit esse peccatum mortale ex genere: nec ex hoc sequitur ab eo suscipiente, peccare qd scilicet ille ab ecclesia tolleratur, secus eo prohibito scilicet cum degradatur suspenditur vel excomunicatur: peccaret scienter ab eo sacramentum suscipiens nisi necessitas urgenter baptismi suscipere. in quo casu quisq; potest esse baptismi minister etiam in fidelis modo ipse ut ecclesia conferre intendat.

Documentum tertium,

Quemadmodum deus potentiam suam non allegavit sacramentis scilicet quin absq; eis valeat sacramentorum effectus conferre sic nec ministris patet id a sua pendet institutione Possent enim angeli esse vere ministri: et si preter

P iij

Libri secundi. De Justicia distributiva.

communem legem Et ideo si quod sacramentum ministeria liter ab aliquo angelo bono at tentaretur esset habendum ratum: securus de malis: quoniam cum sit mendacijs spiritus non constaret esse cum eis a deo dispensatum. Si tamen cū eis dispensatum esse constaret: esset habendum ratum. ¶ Aduerte nithi Iominus latam esse differentiam inter confidere & confessum ministrare: quis sacramentum de lege communis confidere nequit qui confessum ministrare potest: Pariter contingit posse plures ab eodem confici & non plures eadē licite ministrari.

¶ Sequuntur cor
relaria: Primum ex sola dei arbitria institutione factum est quipsum septem sacramentorum que sunt. Baptismus/ Confirmatio/Eukaristia/ Peccatum/Extrema unctio. Crdo & Matrimonium tria iterari nequeunt nec debent Baptismus/ Confirmatio/ & Ordo. ut habetur. i.q.j.c. quāquidam & de Consecra. di. v.c. dictum

est &c. de tempore. Ita quod illorum iteratum non sortitur effectum & peccat minister scientiter iterando ipsum. Alia autem quatuor iterari possunt. ¶ Secundum: sola pariter dei ordinatione fit quod sacramentorum quoddam effectum habeat in deabilem ut illa tria: quoddam deabilem ut reliqua quatuor: in quolibet enim illorum trium imprimitur anime caracter indebilis: cum igitur sacramentum iteretur ut effectus perditus recuperetur: sequitur non deberi aliquid illorum trium iterari. Ex quo patet quod si quis resurgeret non esset rebaptizandus vel reordinandus vel confirmandus. Non enim solum minister sed suscipiens iterando scienter unum illorum trium grauiter peccat. Notanter dicitur scienter quoniam ubi probabiliter dubitatur an sit baptisatus confirmatus vel ordinatus potest ei licite sacramentum applicari. ¶ Qualiter autem constet de sacramenti susceptione. Respondeatur de Baptismo & Confirmatione creditur tez-

Caput quintum. Fol. lxx.

stimonio vnius: secus autem de ordine ut habetur distinct. nonagesima octaua.c. Aphros. Vnde si omnino dubitetur. de viuo tunc habetur tanq; nō baptisatus de mortuo enim qui nat^t ex xpianis parētib⁹ & inter xpianos fideliter cōseruatus ē ipse baptisat⁹ eē psumitur. Et tal^l psumptio secūdū cano. p certitudine est habenda donec euidentibus forsitan argumētis contrarium probaretur.

Tertium corollarium ex sola dei iustitioe nascitur sacramentorum dependentia: quia videlicet baptismi characterem presupponit quisq; alterius sacramenti character ut habetur de presbitero non baptisato.c. veniens. Baptismus enim est sacramentorum ianua. Quare si quis nō baptisatus etiam credens se esse baptisatum accedit ad ordines & promoueatur ad sacerdotium ipse non est sacerdos nec cōficerere potest nec in penitēiali foro absoluere: Hinc si deprehendatur non esse baptisatus debet baptisari & iterum ordinari: pariter si

aliquos ordinare attentet. hi ordinem ab ipso non suscipiunt: Secus de episcopo excommunicato vel heretico aut degradato: nam licet peccet ordinem conferre attentans: tamē ipsum confert. non autem dat ordinis executionem: quoniā eam non habebat: quare requiritur dispensatio suscipientibus ad hoc q; ordinis executionem exerceant. Ab illo em̄ episcopo excommunicato heretico vel degradato nō fit dignitatis ablatio Ita q; non auffertur caracter: sed fit executionis dignitatis suspensio ut habetur extra de consecratione ecclesiarum in glo. Vbi dicitur q; Vnctio interior (scilicet caracter) ppetua est & nō potest admitti Licet quandoq; execu tiosuspedatur obiicies habetur q.i.ca. quanquidā vbi dicitur q; degradatus episcopus potesta tē largiendi sacros ordines nō habet Respondetur debet itel ligi de ordinis executione. i. nō confert executionem ordinis sic q; suscipiens possit in ordine suscepto ministrare.

P iiiij

Libri secundi. De iusticia distributiva.

¶ Tercii puncti de honorum distri- butione.

¶ Documentum primum.

Honorum exhibi-
tio atq; distributio attēdit ho-
norantis & honorati habitudi-
nem.honoratiq; aut alterius p-
eum representati merita cum
reliquis debitiss circunstantiis:
secundum enim varios perso-
narum gradus variantur & ho-
norū modi atq; species:alius
deo aliis regi aliis duci & reli-
quis ordinatim debetur honor:
alius ē īferioris ad superiorem:
alius contra:alius inter perso-
nas non illa habitudine coniū-
ctas Presidentiū eī in ecclesia
gradus sunt papa:deinde lega-
tus in prouincia sibi commissa-
nā pape vicē gerit : deinde pri-
mas siue patriarcha q; ē archie-
piscoporū / eporū / & suffraga-
neorū suorū iudex. deinde ar-
chiepiscopus suorum suffraga-
ganeorū & clericorū sue dioce-
sis:deinde episcopus/qui ē iudex

abbatū/archidiaconorū/prio-
rio.deinde archidiacon⁹ iudex
archipbrorūsuorū: deiñ archi-
pb̄ p̄sbiterorū parochialiū.

¶ Ad maiores rei
elucidationē hec premittatur.
descriptio Honor est exhibitio
reuerētie in signū virtutis Vbi
notes exhiberi posse ex quadā;
decentia, & sic nō ad iusticiam
sed ad magnanimitatē ptinet.
Aliomō sub ratione debiti: &
sic ad eā spectat Segtur igitur
q; honor cadens sub isto prece-
pto honora patre; & matrē ex
odi.i2.ptinet ad iusticiā: vbi
p patrem & matrem compre-
hēderetur generaliter omnis ī
aliquo supior.nec ē substrahē-
dus honor debitus ppter eius
maliciā q; diu in sua tolleratur
superioritate: Et licet male pre-
sideat habēdus est tamen a sub-
ditis vt bonus p̄sidēs quoq;
ab ecclesia deponatur:nisi for-
te ī notorie perniciosis res mo-
ram non pateretur.Dices filius
patrem hereticum alios falsis
doctrinis corruptem accu-
sare non deberet.Respondens

sue manus pceptū de obligata
minori: magis enim tenetur ho-
norem deo impendere q̄ patri
iuxta illud euangelii Qui ho-
norat patrem & matrem plusq̄
me non est me dignus. Idem
dic in reliquis.

C Secundum documentum.

Dogmatisāt ple-
tiq̄ potestatē dominandi tem-
poralem esse licite tā apetendā
q̄ petendam: non autē spiritua-
lē curā animarum habentem at-
q̄ rerum spiritualium admini-
strationem: hanc quidem nec
licite petendam nec appeten-
dam dicunt iuxta Senten. Au-
gu. ix. de ciui. dei ca. ix. Lo-
cus superior sine quo p opulus
regi non potest & si vt debet
administratur: indecēter tñ ap-
petitur Notes tñ tria īhācptātē
esse considerāda scilicet hono-
ris celsitudinem/abundantiam
rei temporalis/operationis spiri-
tuale exercitium: dicunt enim
propter nullum istorum esse ap-
petendam talem potestatem.
Nam propter primum appete-

re eam est ambicio sum repro-
batu; adeo iuxta illud mathei
xxiii. querūt primos accubitus i
cenis & prias cathedras i fina-
gogis & vocari ab hominibus
rabi Propter autem secundum
appetere eam ē cupiditatis vi-
cium quia aponit min⁹ bonum
tanq̄ finem rei melioris: nā p
latio spiritualis est melior re
temporali ideo dicitur Iohan-
nis vltimo Pasce oves meas
non te: Propter tertium autē ap-
petere eam est temerariū: Nā
emineret tali periculum: si enī
se esse diguum credat est presū
ptuosus: si vero se esse indignū
est peruersus appetitus. Cōclu-
dunt igitur talem potestatem
iam sibi impositam potest quis
licite suscipere sed p̄io appete-
re nō licet.

Dura est hec op̄i-
nio cōtra quam obiicio: Omne
bonum cuius usus vntenti & rei
publice bonus est atq̄vtilis po-
test quis licite appetere id suffi-
cienter cognoscens: sed talis
dignitas est quoddam bonum
huiusmodi ergo &c. consequē

Libri secū di. De iusticia distributiua.

tia patet & maior est nota: nam
ipsius actus interioris multa
esset ex parte obiecti aut circū
stantie diffimit as: minor pa-
riter est clara usq; ad particu-
lam de cognitione: quam ostē-
do nam cōtingiteum testimo-
nio honorum atq; prudentum
virorum quibus rationabiliter
credendum est informari su-
per rei utilitate ac persone sue
idoneitate: quinymo absq; ex
trīnseco testimonio: nam con-
tingit virum esse consumma-
tum & sufficienter agnoscere
alios etiam idoneos esse val-
de eo inferiores in requisitis
ad officij executionem: cur igi-
tur se esse idoneum non licite
credere poterit. Item quilibet
obligatus ad aliquem finem te-
netur ad media sine quibus nō
habetur ille finis: s; ille vir do-
ctus tenetur ecclesie & populi
icōmoda vitare & i casu aliquo
nequit nisi alium impedit &
se eligi procuret ergo licite id
velle potest. gratia exēpli epa-
tum sibi dari: & per consequēs
eum appetere atq; petere: nec
est verum quemcūq; credente

se esse idoneū esse p̄suptuosū:
Nā idoneitas non impeccabi-
litatem requirit. Poteſt pariter
quis ad hoc habere testimoniū
aut aliam sufficientem creden-
dī rationem.

¶ Documentum tertium.

Recto ac vtili fine
quis licite potest honorem ap-
petere & petere prout & exhibe-
re: patet ex supra adductis ra-
tionibus. Tum etiam omne bo-
num ad quod reddēdum quis
alium cogere potest/ ipse licite
potest appetere atq; petere: s;
pt q s licite ymo nōnūq; te-
netur alterum ad ei honorem
tribuendum cogere. ergo po-
test ipse licite honorem ipsum
appetere atq; petere cōseqntia
patet cū maiore: & pbatur mi-
nor. Contingit ratiōe suscep-
dignitatis aliquem iuramēto
astrigi iura libertatis seruare:
quorum vnum sit honorum a-
subditis exhibitio: quid queso

Caput quartum. Fol. l xxii.

est subditos cogere seu velle eos eis debitum reddere nisi honorem sibi dari procurare: hoc autem ē honor ē petere & si non propter se.

Crichilomin⁹ fa
teor propter humanā infirmi
tatem periculorum esse hono
ris appetitum: quoniam frequen
ter se ingerit vana gloria que i
ordinate p̄stituitur finis. **E**nī
enī in bonū proximi aut in
obseruantiam legis ordinan
dus honor: alioquin vanus est
aut perniciosus. **G**loria est
clara cum laude opinio: quam
siquis appetat vt alteri recte p
sit ē gloria laudabilis: si vt ob
sit est perniciosa: si quadam li
bidine nec vt prospicit nec vt ob
sit est vana: vanum enim dici
tur inutile sic triplicem vides
esse gloriam.

Dubitat an pre
stantius est honorare an hono
rari. **R**espondendum licet

precisum honorare sit melius:
esse tamen dignum honorari
melius est q̄ honorare. **P**ri
mam partem p̄bo. Omnis ad
soluendi debitum ceteris alijs
paribus est melior q̄ actus su
sciendi debitum: quoniam dif
ficilior: sed honorare est huius
modi igitur. Et dixi notanter
precisum: quoniam propter cir
cūstantiam positam hic & nō
illuc contingeret volitionem su
sciendi honorem esse melio
rem: q̄ dandi. gratia exempli:
publicam utilitatē vt pote po
puli edificationē/qua eius do
ctrina sit populo salubrior effi
caciō & ad beatam vitam ma
gis conductiua pretendat ille
fusciens honorem: dans au
tem duntaxat a debito se ab
soluere intēdat. **S**ecundam
partem declaro: melius est pro
meruisse meritum: q̄ distribue
re tale meritum merenti se ēē
dignum honorari est prome
ruisse bonum: esse autē dignū
honorare/est esse dignum di
stribuere tale bonum merentis
ergo melius illud q̄ istud.

Libri secundi. De iusticia distributiva.

¶ Documentum quartum.

Precipua honorū differētia est ex parte interiorū actuum attendenda: patet: actu interiore designatur ratio seu cōditio sub q̄ exhibetur reverētia: ipsa enim genuflexio actu interiori deo exhibita tāq̄ summo bono est latria que creature secundum suā dignitatē data esset dulia: Hinc ipsius latrie atq; dulie que ad iusticiam distributiuam spectant diffini = tiones sunt sane capiende: La tria enim diffinitur Honor so li deo debitus: Dulia autem ho nor creature datus & ei debit⁹ Hinc ellucescit qd sit idolatria Est enim honor creature dat⁹: soli deo debitus Querenti igi tur quis honor ille sit soli deo debitus an genuflexio vel aliq̄ in terram prostratio vel alia hu iusmodi exterior opatio Respondeo proprie ille honor i in teriori pfectiōe cōsistit: gratia exēpli fateri hoc vel illud esse deum summum bonum &c. Sint propositiones prima: exte rior cult⁹ prie ēnō appellādus

latria nisi scdm qd p actū inte riorem assumitur sub aliqua pro prietate soli deo competētē: p ut sunt deitas omnipotētia & huiusmodi: hinc eadem opera tio exterior p duos actus aut p vnum terciū lata in creaturam propter deum est simul latria dulia: pariter vno actu relata in creaturam esset dulia que alio actu in eandem creaturam rela ta foret idolatria: Secunda da ppositio actus interior ado rationis est conotatiuus: este nīm ipsius cultus & illius cui exhibetur nōnunq̄ pariter preter cultum est aliquorum duorum vnius representantis & alteri⁹ representati: gratia exempli co ram ymagine iterior adora tionis actus preter ipsum cul tum est ymaginis representā tis & dei per eam representati est dulia ei⁹ & latria istius Ter cia ppositio ymago q̄uis sit adoranda eadem specie adora tionis qua res representata: es tamen diuersimode vnius & alterius patet ex precedentib⁹

¶ Per hoc difficul

tates varie circa adorationis
materiā euacuari possent qua-
lis est illa trita. An Christi hu-
manitas sit adoratione latrīe
adoranda An etiam Xpi crux
Solet dici affirmatiue. Cuiobij
citur Sūt creature. Kespōdeo
dupliciter potest quis se habe-
re in tali adoratione. Vnomo-
do illi creature exteriorē exhi-
bendo cultum fatendo ipsam
esse summum bonum & sic es-
set idolatria nec aliqua creatu-
ra est adoratiōe latrīe isto mo-
do adorāda siue sit deo vni-
siue non. Alio modo potest
quis talem cultum exteriorem
exhibere illi creature: fatēdo il-
lud cui⁹ ad eam credit esse ha-
bitudinem esse summum bo-
num Et hoc modo intelligen-
dum est aliquam creaturam es-
se adoratione latrīe adoran-
dam. ¶ Dices Latria ut dictū
est. ē cultus deodatus scz deo
debitus: sed in illa adoratione
talis cultus saltem exterior nō
datur deo sed illi creature ig-
tur. ¶ Respondeo negādo mi-
norem pro prima parte: nec in
conuenit cruci dari: & princi-
paliter ipsi deo in quē per actū

interiorem refertur: q̄ autē di-
cat doctor subtilis totum ag-
gregatum ex deo & humanita-
tē esse latrīa adorandum non
caret dubio saltem de inte-
riori adoratiōe: latrīa enim cō-
sistit in interiori professiōe ali-
culis soli deo competentis: nō
est autem profitēdum illud ag-
gregatū eē deū aut eternū &c.
igitur &c. non pariter est eo
fruendū cum non sit deus.

¶ Documentum quintum.

Per orationem re-
cte deo fusa impenditur la-
trīe honor ad iusticiam spectās
distributiā. ¶ Diffinitur em̄
oratio eleuatio mentis in deū
cum desyderio: scz obtainendi
aliquid ab eo: creature pariter
fūdi potest oratio Quare vt su-
pra dixi ipsa per actum inte-
riorem specificatur: eadem em̄
vocalis oratio per actum in-
teriorum deo tanq̄ summo bo-
no fusa est latrīa: que directa sā
ctis aut alijs creaturis ē dulia:

¶ **M**ulta enim sūt
in oratione consideranda scilicet
cui fiat/a quo/ q̄liter/ybi/
de quo/& pro quo.

Libri secūdi. De Bonorū distributiōe.

TQuoad primus
sit communiter oratio deo vel
beatis: sed differunt quia prin-
cipaliter deo tanq̄ datori il-
lius quod petitur. Beatis au-
tem tanq̄ intercessoribus qui
a deo nobis illud dari obtinēt.
Et semper exaudiuntur bea-
ti pro nobis orantes: quoniam
non petunt nisi que in verbo vel
dent deum precibus eorum no-
bis daturum. Cum igitur via-
tores etiā sancti & anime san-
cte in purgatorio existētes nō
cognoscant an deus sit nobis
datus hoc vel illud: nec etiā
orationes nostras in verbo co-
gnoscūt ideo communiter no-
stre orationes illis sanctis pur-
gatorij vel sanctis viatoribus
non funduntur sed his qui ple-
ne sunt beati. **D**ices si bea-
tus priusq̄ petat pro nobis deū
cognosceret daturum quod pe-
tit/ frustra ipse / peteret illud.
Nego consequentiam: quo-
niam licet deus id nobis dari
proposuerit tñ vult tali medio
dari: scz sanctorū orationibus.

TQuoad secundū
soli creature rationali cōuenit

orare: non autem deo: non igit
tur Christus dicendus est pro
nobis orare vel orasse nisi per
idiomatum communicationē
id est secundum humanitatē
tem: creaturis autem tam bea-
tis: q̄ existentibus in purgato-
rio atq; etiam viatoribus ora-
re competit. **D**ices beati nō
sunt in statu merendi ergo nō
merentur exaudiri a deo: non
igitur exaudiuntur: & per con-
sequens non videntur pro no-
bis orare. **R**espondeo licet
non sint in statu merendi sibi:
sunt tamen in statu alijs impe-
trandi. Item alias meruerunt
nunc exaudiri: nec solum pro
viatoribus orant beati sed etiā
p animabus in purgatorio de-
tentis. Anime autem purgato-
rijs quorūdam opinione pro se
orant atq; exaudiuntur non qui
dem ad gratie vel glorie aug-
mētū s; ad pene diminutionē.
Nec sequitur q̄ statim a tota
pena liberarētur quia nō decet;
quare nec illud petūt: aliquam
autē pene diminutionē postuz-
lant & exaudiuntur. An semp
exaudiantur orantes pro viuis
videtur q̄ non sicut necq; sem-

Caput sextum. Fol. lxxvii.

per exaudiuntur nostre & hoc
ideo quia non vident diuinā
voluntatem. His adiuge; sā
etis ex meritorum diuersitate
diuersas a domino dari preo-
gatiuas: Utile igitur est nonnū
q̄ inferiores sanctos orare: pri-
mo quia quibusdā sanctis da-
sum est in certis causis p̄cipue
patrocinari: secundo quando
q̄ est maior orantib⁹ ad hos sā-
ctos deuotio. Tertio ut omnib⁹
exhibeat honor a nobis. q̄r-
to quia aliquā orationib⁹ pluriū
imperatur qđ nō oratiō evni⁹.

C De tertio autem
scilicet qualiter fieri debeat.
Respondendum quādoq̄ mo-
dus cadit sub precepto aut offi-
cio: prout orationis que fit per
ecclesie ministros in persona
totius populi: debet vocaliter
fieri ut populo innotescat: ut
etiam ad deuotionem mouea-
tur populus. Alia est oratio sin-
gularis scilicet q̄ offertur a sin-
gulari persona p̄ se vel alia: &
tāē nō necesse vocaliter ymo-
fieri potest mentaliter. **S**ed
de attētiōe que proprie in ora-
tiōe vocali locū h̄z: notetur tri-
plex esse potest; Vna verbis ne-

qs in ipsis eret. **S**ed a sēsū
verbōe ut v̄bōe snām orans
plene intelligat. Tertia fini
orationis scilicet deo & rei p
qui obtinenda oratur: precipue
enī requiritur tercia attētio
q̄ etiā ab idiotis haberi posse.
Immo cōtingeret primā atten-
tionē impeditre secundā vel ter-
ciā aut scđā ipēdī terciā & tūc
ēēminuēda. Prīa ei attētio suf-
ficit tāta q̄ta reqritur ad debi-
tā verbōe platōe. Scđa vero
attētio n̄ ē s̄ip̄t req̄ita. Emer-
git q̄sticula q̄re oram⁹ versus
oriēte. **R**ūderi solet eē ex q̄
dā decētia trip̄r. prīo ppter di-
uie maiestatis iudiciū qđ nobis
māifestatur i motu celi q̄ ē ab
oriēte. Scđo ppter padī li locū
in oriēte cōstitutū Tercio ppter
Xp̄z q̄ ē lux mūdi & q̄ d̄oriēs.

C De quarto sc̄z de
loco dicēt ceteris alijs pib⁹ ořo
vtlior ē i ecclia q̄ priuata. Prī
mo ppter loci iſtitutōe ad orā-
dū. scđo ppter sacra mīsteria &
alasācta q̄ illiciūt: tertio ppter
multōe orātiū cōcursū fit ořo
magis exaudibilis iuxta illā.
mathei. xviii. Vbi duovī tres e-
rūt cōgregati inoie meo ibi s̄ā

Libri secundi. De Bonorum distributio.

¶ De quinto vide

licet de quo fieri debet oratio
Dicendum: Peti possunt tam bona spiritualia quam corporalia & etiam mala pene Sed differenter nam bona saluti necessaria possunt absolute peti ut remissio peccatorum/virtutes/gratia/& huiusmodi Alia autem bona non sic necessaria saluti ymo aliquibus nocere possunt/ sunt sub conditione appetenda scilicet si cognoverit deus illa non saluti nocitura. Cuiusmodi sanitas/diuinitie/honor/scientia/eloquentia & huiusmodi. Mala autem pene ut infirmitates: vel flagella: non debet quod petere nisi in ordine ad bonum scilicet ut per illa quis ad deum conuertatur.

¶ De sexto autem

scilicet pro quo facienda est oratio. ¶ Respondendum tamen pro defunctis quam pro viuis esse orandum. ¶ Pro defunctis non quidem determinate pro omnibus sed quibus existimandum est profuturam orationem. Quare non est determinate orandum pro illis quos esse in glo-

ria credit ecclesia scilicet pro canonizatis quia non egent: nec etiam pro damnatis in inferno vel limbo est orandum: cum non prospicit eis oratio: sed pro animabus purgatoriis determinate sic: addo determinante. certum est enim: nescimus particulariter qui ad paradisum/infernū/vel purgatorium vadat quo ad adultos: quare pro omnibus defunctis orari potest. Pro morientibus autem in excommunicatione vel in aliquo mortali notorio sine signis contritionis non est oratione solemnī in ecclesia orandum/sed priuata: quoniam potuerunt in extremis penitere & ita remissionem peccatorum consequi quare & esse in via salutis. ¶ Pro cunctis autem viuentibus viatoribus orare licet tam bonis quam malis & etiam precisis: tamen pro precisis videlicet excommunicatis et hereticis oratione priuata ut deus eos ad unitatem conuerterat: non autem orationibus per publicos ecclesie ministros quorum suffragia ecclesia priuat eos.

¶ Documentum sextum.

In iuramento licito latrā ad iusticiam distributiā pertinens exhibetur deo: patet inuocatur tanque testis qui nec decipi nec decipere potest: quare summam veritatis 1cien tiam ei attribuimus per hoc quod non potest decipi: & summam bonitatem per hoc quod decipere nequit: hac ratione contra non nullos facile probatur iuramen tum esse licitum cum debitiss circumstantiis Item deutero. Dominum tuuʒ adorabis & illi soli serutes ac per nomē illi^r iurabis & leuitici.x. Reddes domino iuramenta tua: iuxta quod dicit augustinus in sermone de verbis apostoli, Si peccatū eēt iuratio non diceretur i lege Red des domino iuramēta tua Pre terea in pluribus locis scriptu re inuenitur dominus iurasse Item iuramentum esse licitum approbat determinatio vniuersalis ecclesie vt multis cano.cō stat.

Cōdīcam^r igitur iuramentum est affirmatio vel negatio de aliquo sacrerei atte

statione firmata Dicitur enī iuramentum tāque iure introdu cū: videlicet fine veritatis roborande, humana enim fragilitas tam ex defectu cognitionis veri quod ex defectu honestatis frequenter in mendaciis labitur: quare vt in rebus humanis aliqua haberetur certitudo introductum est ad testem qui nec decipere nec decipi potest recurrendum & ille est deus: iurare enim nūl aliud est quod deum in testem alicuius rei in uocare Dices nullum prebetur inuocantibus rei testimonium igitur frustra inuocatur Respondetur non contingit rite iurare quin in hoc seculo vel in altero fiat ab ipso deoveritatis rei super qua fuit inuocatus manifestatio.

Cōsequuntur corollaria Primum aliquomodo per creaturā iurare Licet aliquo modo non Dupliciter. enim potest creature inuocari in testimonium, Vnomodo secundā se scilicet tanque testis qui nec decipere nec decipi potest & sic

Q i

Libri secundi. De iusticia distributiva.

non licet per creaturam iurare. ¶ Alio modo potest inuocari creatura in testem tanq; effect; ipsius testis infallibilis: & sic iurare per creaturā est per deum iurare cui subiacet talis creatura. Et ita possum⁹ p̄ crucem sanctam iurare & in manus episcopi. 22. q. 5. c. Qui persurat. Item & per Euangelium 22. q. 2. c. Si aliqua. Item per salutem principis. Item per ordinem. 19. q. 2. c. Quoties. Et intelligitur iurare per deum cui⁹ iudicio salus principis cōsistit. Itē & per altare & reliqua. 22. q. c. Habemus. Item per fidei interpositionem. extra de sū que metus causa. c. Ad aures. ¶ Est nihilomin⁹ animaduertendum q̄uis liceat per creaturam iurare non tamen ab ecclesia conceditur per quamcūq;: qui enim per creaturam nō concessam iurat debet puniri Vnde qui iurauerit per capillū dei vel aliter blasphemiam dixerit si sit clericus debet deponi. Si autem laycus debet anathematizari. 22. q. 1. Clericum. Censetur enim a doctoribus blasphemia iuratio per mem-

bra domini que ignarīs hominibus reputātur inhonesta: iurare autem per membra domini que non censetur turpia inhonesta non est illicitum nisi aliunde mala sit circumstantia.

¶ Secundum collarium. In iuramento p̄missoriō duplex est vinculum: vñ promissio is incluse ex iure naturali consurgens: alterum autem reuerentie in deum proteste inuocatum. ¶ Per id habetur ad dubium respōsio an idolatrie iuramentum per idolatram sit obligatorium an patiter ipsum recipi liceat. ¶ Respondeo ad primum. Sunt illic duo consideranda scilicet ipse iurans & suscipiens iuramentum. Primo ipse iurans peccat si tamen de re licita iurauerit obligatur reddere: Et credo nō consurgere ex vi iuramenti per idolum obligationem sed ex vi promissionis illuc contente. ¶ Dices iuramentum illicitū non obligat. ¶ Respondeo verum est illicitum merito rei de qua fit: scilicet factū de re illicita. ¶ Ad secundum dubij

Caput quartum. Fol. lxxxvi.

partem: licet iuramentū ab ido latra suscipere pro alicuius robore & securitate Non autem licet ad hoc inducere ipsum: Istud est demente Augustini in Epist. quadam & habetur 22.q.prima.c.Monet te.& conformiter beatus Thom. 2.2. Et Bonaventura in 3.satis bene istud declarant.

Certium corol-
larium excellētia rei iurate aut
sollemnitas obseruata obliga-
tionem auget. **C** Per id solui-
tur questio. Quod iuramento
rum magis obligat scilicet fa-
ctum per deum. an factum per
Euangelium. **R**espondent
aliqui primum. Alij secundū:
alij autem q̄ ceteris alijs par-
ibus equaliter obligant scilicet
retenta equali sollemnitate.
C Videtur autem mihi dicen-
dum q̄ quecumq; excellentie
atq; nobilitatis conditio su-
peraddita auget iuramenti obli-
gationem redditq; grauius.
Exempli gratia uno iurante p̄
deum & altero per deum om-
nipotentē crearem celi & ter-
re: secundū per iurum eset gra-

uius q̄ primum. Cum igitur
Euangelium conditionem di-
cat excellētievnionis ipsius hu-
manitatis adverbū diuinū
videtur esse grauius iurare per
sancta euangelia. **C**Patet igi-
tur ex dictis qualiter per crea-
turā iurare liceat & qualiter nō.

CQuartum corol-
larium. Iuramentum etiam ve-
ti viciari potest communibus
circumstantijs quibus alia mo-
ralia opera: communiter tamē
assignatur ex tribus viciari se-
cundū q̄ tres assignantur eius
comites qui habentur Hiere.
quarto. Iurabitis (inquit domi-
nus) in veritate / iudicio / & iu-
sticia. **C** Tres itaq; hee cōditio-
nes debent iuramento inesse:
primo veritas illius quod assi-
ritur / veritas quidem existimata:
quod addo quoniam iurans
credens esse falsum quod est
verum / est periurus / & falsum
aliquid credens inuincibiliter
esse verum non est periurus.
Secunda conditio est iudiciū
scilicet discretionis: hoc est nō
ex quadam leuitate dei nomē
assumatur temerarie sed cum

Q ij

Libri secundi. De Justitia distributiva.

honoris & reuerentie discretione. Tertia conditio. subsit iusticia. i. q̄ fiat de re iusta & p̄ causa rationabili vt pote vtilitate publica vel persone priuate. Et ad istas tres cōditiones reducūtur alie circunstantie q̄ p̄ has ditiones designantur quis/cui/ quid/ per quid/ ad qd/ cur/ quo modo/ quando/ & sub circūstātia/ quando intelligitur circunstantiavbi: per quamlibet enim istarum indebitam redderetur illicitum iuramentum.

Consideretur igitur quis, i. persona iurans Secundo cui i. persona cui datur iuramentum Tertio quid. i. de quo fīt iuratio Quarto per quid scilicet per deū āt p̄ creaturā. Qui to ad quid. i. q̄ sit debitus finis Sexto cur. i. cum causa rationabili. Septimo quo modo scilicet cū discretione honoris & reuerētie diuini nominis. Cēta uo quando. i. obseruato tempo re debito & similiter de loco Et signanter inter illas circunstantias venit obseruanda circunstantia cur/ videlicet causa rationabilis & talis vt dixi ē notabilis aliqua ytilitas alicuius

personae v̄l boni communis: ali ter temerarium redderetur iura mentum.

CQuintum corollarium. Iurare verum est actus ex genere bonus: patet: iure diuino approbatus & naturali rationi consentaneus. **C**Obiecties est prohibitum iurare ergo est malū ex genere: antecedēs patet Mathei. 5. Dico vobis nō iurare omnino. Et Iacob. 5. Licio vobis fratres mei nolite iurare. **C**Pro ista obiectione sciē dum est q̄ in scriptura videtur quandoq; precipi iuramentum & quandoq; alibi prohibeti: cōsiderato tamen fine fiet cōcordia: in veteri testamento pre cipiebatur vt retraheretur populus a iuramento idolorum & ab idolatria & conuerteretur a dominū: sed in nouo testamento sub aliquali prohibitiōis forma prohibetur potius periū aut dissuadetur iurandi frequētia: etiam licite: ne acquiratur iurandi pronitas & fortis consuetudo: cum enim crebro homines sint mendaces hinc fierent sepiuscule periuri acq̄sita iuran-

di pronitate:

Sextum corollarium: iuramenti promissoriū alius est obligandi modus q̄ a sertorij. **P**ure enim assertorium distinguendo a promissorio est iuramentum alicuius non tanq̄ agendi Promissoriū autem est alicuius iuramenti tanq̄ agendi siue exequendi a iurante. Et differunt penes modum obligandi: quoniā ipsum iuramentum assertorium precedit obligatio non afferende falsitatis: ipso autem facto non manet obligatio exequendi quod iuramento firmatum est: iuramento promissorio sic.

Septimum corollarium. Inequalis est grauitas iuramenti dolosi aut incauti aut coacti & vniuscuiusq; maior aut minor secūdū conditio nem iurantis aut aliorum circūstantium. **I**uramentum dolosum est iuramentum quo iurans intendit oppositum facere vel intendit non se obligare. **E**t difficultas est de eo tam inter theologos q̄ canoniz-

stas. Dicit doctor subtilis in. 3 distinct. 39. In obligationibus priuatis nemo obligatur nisi intendens se obligare. Idem tenuerunt Richardus & Bonaventura & alij multi & suadēt quoniam in matrimonio aut voto tota obligatio consurgit ex consensu nec videtur sufficiens ratio dissimilitudinis in iuramento ergo &c. Item obligatio talis iuramenti non nisi ex promissione illic annexa consurgit sed in promissione simplici nō nisi ex consensu contrahitur obligatio ergo neq; in iuramento saltem in foro dei. In foro autē judiciali ecclesiastico vel ciuili presumitur cōtrahi. Cum ergo dicitur obligatur in foro exteriore. i. reputatur obligatus in tali foro siue a iudice cui de interioribus euidenter constare nequit.

Obijcies nullus esset validus contractus saltem nulli de eius valore constaret: patet: de consensu nō cōstat. **I**stud argumētum equaliter de matrimonio & voto procederet cuiususcūdum communem doctrinā obligatio ex consensu interio-

Libri secundi. De iusticia distributiva.

ri cōsurgit. Est igitur dicendū quamq; de valore atq; obliga^tione non constet argumento euidentie: indicio tamen conie^cturali sic/sufficiente secundū viam humanā: qua semper in bonam partem presumēdum est nisi euidenter de opposito constet. ¶ Replicabis fraus & dolus nemini debent patrocti nari de rescriptis.ca. Sedes. & extra de dolo:&cōtumelia.ca. Ex literis: iste autē periuramē tū suum dolosum reportabit commodum: quoniā perte nō manet obligatus exequi quod promisit. ¶ Respondendum, Infinite maius incommodum incurrit: videlicet per mortale peccatum: preterea etiam a iude^c iuste cogetur explere qđ iurauit: nor^t habet iudex de cō sensu illo interiori curare: Suf ficiunt exteriora ad proceden dum secundum humanam vīaz. ¶ Replicabis p̄ illud Isidori. De summo bono quod ha betur. 22. q. 5. Quacūq; verbo rum arte quis iurat de^r qui est conscientie testis. capit hoc se cundum qđ ille cui iuratur intel ligit: obligatio igr̄ cōtrahitur

ex illis verbis: ergo non ex con sensu iurantis. ¶ Respondeo illud dictū intelligitur de verbo multiplici sive de oratione equiuoca multos sensus habē te. ¶ Circa quod est sciendū: si quis malignando violenter iuramentū exigeret potest iste licite ad evitandam illius malignam verbo dupliciti vti capiens in alio sensu qđ intelligat: ab ali quibus enim bonus dolus ap pellatur: bonus itaq; dolus est astutia quedam in verbo vel fa cto citra mendaciū intentionā ad refellendā malignatis prauitatem: In verbo quidē scilicet oratione vtendo equiuoca ha bent e vnum sensum verum in quo interior fiat assertio. In fa cto autem videlicet operando aliquod ex quo cōcludat alter maluol^r at qđ existimet de euē tu aliter qđ sit propter quod a sua diuertatur prauitate. ¶ Vbi queri solet an adultera mulier post cōfessionem sacer doti factam marito exigēt iu ramentum: possit ipsa licite de adulterio iurate se non esse in culpa. ¶ Respōdent aliqui ne gatiue: dicentes tale iuramen

tum est temerarium cum ipsa certa non sit An ei remissum fuerit peccatum. Posset tamen aliter procedere videlicet verbo utens dupli in aliquo sensu vero alio q̄ intelligat maritus. ¶ Prima huius responsoris pars est dura nimis. In istis enim non requiritur evidentie certitudo sed sufficit conjecturalis atq; probabilis qualiter in alijs moralibus ad procedendum secundum humanam viā: tali autem certitudine potest quis esse certus de peccati remissione & gratie datione ergo ex rationabili causa licebit iurare. ¶ Queres si quis in iuramento verbo utatur dupli ex quo sensuum cōsurget obligatio. ¶ Respondendum conformiter ad dicta ex sensu assertoris secundum quem se obligare intendebat: fateor iudex non semper obligationē ex illo sensu reputabit. quem iurans pretendebat sed potius ex sensu quem pretendit communis hominum intelligentia & hoc ad excludendas in iudiciis malorum cautelas. Distinguit tamen gratianus. 22. q. 5.

§. Ex his. Debent verba adaptari secundum quod melius possunt intentioni vtriusq; Sed si vterq; habeat dolum debent accipi secundum communem hominum intelligentiam: si autem alter dolum habeat & ali⁹ non debent accipi secundum intentionem non habentis dolum: ¶ Hec hahenda est regula. Verba que exiguntur in aliquo foro suscipiunt interpretationem secundum qualitatem fori/quare si reus in iudicium vocatus interrogetur a iudice super facto omnino occulto & ab eo iuramentū exigatur est opinio probabilis valde illū posse licite simpliciter iurare non feci. Necq; est per iurus quoniā illud iuramentum interpretationē suscipit scdm qualitatem illius loci scilicet publici: Ita q; illa ppositio simpliciter plata subordinatur isti mentali Non feci hoc in tali foro in quo me interrogas Et secundum hanc interpretationem suscipit deus illud iuramentum necq; debet iudex ulterius investigare. Nā debet interiora relinquere que ad forum eius sufficienter de-

Libri secundi. De iusticia distributiva.

ad forū eius sufficienter deduci nequeūt. ¶ Conformiter dicitis ēcōis r̄nsio ex iuramēto in deliberato obligationē nō cōsurgere cum non ad sit cōsensus. ¶ An autem perjurium īdeliberare ex cōsuetudine factum sit peccatum mortale. Respondeat negatiue doct. subti. in. 3. dist. 39. Suadet nō pronior est deus ad condemnandum q̄ ad parcendum non autem aliquis actus est absq; plena delibera-
tione meritorius ergo nec de-
meritorius Ponderanda enim
est ista partiūcula sine delibe-
ratione: quam difficile est bene
discernere: quoniam mirum in
modum habitus reddit homi-
nem prouum atq; promptum
ad deliberandum: homo enim
habituatus a deo prompte de-
liberat ut im preceptibilis esse
videatur deliberatio que tamē
[ad peccatum sufficit.

¶ Octauum corol-
larium iuxta multiplicem iura-
menti incauti modū est de obli-
gatione cēsendum. ¶ Dicitur
enim incautum quod ex modo
iurandi indebito aut ex mate-

ria iurandi indebita maliciam
contrahit. ¶ Vtrum igitur obli-
get implere quod iuratum est.
¶ Respondeo: Si fuerit incau-
tum ratione alicuius cīrcunstā-
tie obligationi impertinentis
non per hoc impeditur eē obli-
gatorū. Exempli gratia: iura-
mētu de aliquo lícito fiat absq;
debita reuerentia vel propter
indebitum finem: ex eo cōtra-
hitur implendi obligatio: iura-
mentum igitur illicitum obli-
gat iurantem implere & si non
ea ratione qua est illicitum: Si
autem iuramentum fuerit in-
cautum ratione materie ipsi iu-
ramento indebite non obligat
iurantem: ymmo iurando pec-
cat & iterum implendo nouam
incurreret culpā: quare duobus
peccatis peccaret. Sic omne
iuramentum de aliquo pre-
cepto v' consilio non implendo
aut de peccato mortali vel ve-
niali committendo est iuramen-
tum incautū: nam charitati de-
rogat: iuxta igitur cōsilium Iſi-
dori quod habetur, 22. q. 4. In
malis promissis rescinde fidem
& in turpi voto muta decretū:
& eadem questione est gregor-

Caput quartum.

Fol. lxxix.

rij sententia si aliquid forte in
cautius nos iurasse contigerit
quod seruatum vergat in peio
rem exitum illud salubriori cō
silio mutandū nouerimus: Nul
lum igitur iuramētum obligat
factum de aliquo quod melius
est non facere q̄ facere: Exem
pli gratia, iuramētum quo mu
lier fidem seruare adultero in
opere explendo iurauit nō obli
gat eam; ymmo iurando pecca
uit & seruando iterum pecca
ret: Iuramentum quo quis iura
uit socio iuuanti diuidere inter
eos rapinarum spolia non obli
gat ipsum communicare alteri
spolia. David qui occidere Na
bat iurauerat peccasset imple
do ideo salubriori consilio pro
positū mutauit: Insidens itaq;
& Delirus fuit Herodes hero
diadi filie eius dās caput sancti
Ioannis ex iuramento quo iu
rauerat se darurum quicquid
peteret: nam incautum fuit tale
iuramentum ratiōe materie iu
ramento indebite: quare non
obligabat: veniebatq; salubrio
ri consilio mutandum: contra
ueniens enim tali iuramēto nō
reputādus est periurus sed pru

denti consilio illuminatus;

Conum corolla
rium secundum multiplicē coa
ctionis modum iudicādum est
de iuramenti coacti obligatio
ne: ipsum enim est iuramētum
metu alicuius extortum quod
aliter nō fuisset prestitū. Est igi
tur difficultas an obliget **C**Pre
mittatur dupliciter intelligibile
iuramētum esse coactum. Vno
modo coactione consensus vo
lūtatis & sic nullum potest esse
iuramētum coactum: patet. nō
potest ad suum proprium actū
voluntas cogi. Alio modo po
test intelligi iuramentum esse
coactum quadā coactiōe ipro
prie dicta: scilicet forti inductio
ne quavolūtas propter aliquod
malum vitandum inducitur ad
iuramentum. Et talis inductio
non est proprie coactio: ymo est
libera electio propter hoc: id est
electio huius ad fugiēdū aliud
CDico igitur si fuerit iuramē
tum falsi assertorium aut si fue
rit promissorium cum intentio
ne non implendi est vere periu
rium q̄tuscūq; sit metus: secus
existente intentione implendi

R. j

Libri secundi. De Justicia distributiva.

quod promittitur. ¶ An autē ex huiusmodi iuramento promissorio coacto contrahatur obligatio implēdi est dubium. Dicunt Hostiensis & Raymū dus & canoniste pleriqz cū cogi nequeat voluntas indistincte tale iuramentum obligat scilicet tā in foro ecclesie q̄ in foro dei. Sed contra dicunt ipsi met matrimoniuū tali metu impeditur: idem in voto: promissione dotis: constitutione testamenti: alienatione rei ecclesiastice: in iurisdictione proroganda: & in prolatione sententie: & tamen certum est q̄ in istis casibus nō maior est metus nec est minus de voluntario q̄ in alijs casibus promissorijs ergo quātum est ex parte talis coactonis si impeditur hic obligatio et iam impeditetur in alijs.

¶ Aliter respondet Bonaventura in 3. dist. 39. Dicens. Iuramentum obligare in foro dei quoniam deus respicit voluntatem: voluntas autem non potest cogi: non obligat tamen in ecclesiastico foro: quoniam cū fuerit metu extortum: indicat ecclesia nō fuisse consensum aut

saltem non sufficientem: Op̄positū eēt deiuramēto doloso quoniam secundum eum obligat in foro ecclesie & non in foro dei. ¶ Sed contra in tali iuramento stat nullum fuisse consensus se obligandi ergo non contrahetur illic in foro dei obligatio & per consequens adhuc erit insufficiens illa distinctio

¶ Dico igitur resolutio de iuramento coacto has propositiones. ¶ Prima est: existente consensu impledī sive obligandi contrahitur in quibusdam materijs obligatio in foro dei & in quibusdam nō: vnde autem proueniat alienas nō difficultate carerit. ¶ Secunda propositione: preter consensum alia concurrit causa ad contrahendam obligationē & illā dico eē superioris approbationē: aut non reprobationem: certum est enim eius inutilitatione aliquas personas sua propria non posse alienare/vel matrimonium ducere/aut votum obligatorium emittere. Ita q̄ quocunqz consensu eorum positio non cōsurget obligatio &

Ita secundum negotiorum qualitates contingit in iuramento coacto modo contrahi obligationem modo non:ratione invalidationis a iure vel a superiori facte in hac materia & non illa prout expediens visum est: cum igitur queritur an iuramentum coactum scilicet metu pressatum obliget in foro dei vñ ecclie distingo (etiam posito consensu se obligandi) quoniam vel talis consensus propter materie pondus non approbatur a superiori illius fori & sic non contrahitur obligatio. Si autem approbetur contrahitur obligatio.

Decimum corollarium tanq̄ regula pro iuramentorum modificatione habendum. Omne iuramentum / aut votum / aut promissum etiam absolute factum conditiones habet tacitas & tacite subintel ligandas: eas videlicet quas prudens secundum rectam rationē diceret esse intelligendas: id addo quoniam non erit ipsius iura nisi dicere sic vel sic intelligebam: sed erit ipsi⁹ recte rationis conditiones taxare. Va-

rias enim huiusmodi conditio nes tacitas suscipit secundum materie varietatem de qua fit iuramentum votum vel promissio. **S**ecunda regula: Talis iuramenti / voti / vel / promissio conditionem habentis non contrahitur obligatio nisi exstante conditione inesse: q̄ si quis conditiones quascumq; abiiceret & iuramentum / votum vel permissionem omni conditione seclusa facere attentaret esset illicitum: non igitur est iuramentum votum. vel promissum licitum nisi implicite velexplicite conditionatum. Et generalis quidem cōditio ē hec nisi occurrat rationabilis causa propter quam secundum rectam rationē iudicaret prudens esse illi cedendum. Conditionum autem particularium precipua est superioris auctoritas reseruata videlicet nisi superior potestatem habens relaxet vel contrarium precipiat. Queres cuius superioris auctoritas reseruata intelligatur. Respondeo indifferenter superioris in materia iuramenti facti iurisdictio nem atq; potestatem habētis:

Libri secundi. De iusticia distributiva.

Igitur perspicuum est si tibi iu
raui gladium restituere quādo
cūq; peteres & postea existens
In furia petas; nō sum tūc obli
gatus vī iuramenti tibi gladiū
reddere nam illud iuramentū
etiam absolute factum tacitā
habebat conditionem scilicet
nisi causa nō dandi occurreret
rationabilis: nūc autē abest ista
conditio quare non consurgit
protunc obligatio: Pariter si iu
rauerim me tibi daturum hoc
vel illud & postea me absolu
uas non ero periurus non dan
do: quoniam illud iuramentum
habuit cōditionem tacitam nisi
me a promissione absoluas Et
ita si propter aliquem euentum
efficiar impossibilitatus nō ero
periurus non implendo: quoniam
iuramentum illam tacitam ha
buit conditionem: facta simi
liter deo promissione celebra
tionis misse aut elemosyne aut
peregrinationis si fratri restitua
tur sanitas non consurgit obli
gatio non adueniente conditio
ne Complura exempla in diuer
sis materijs adduci possent de
quibus est consimile ferendum
iudicium. ¶ Tertia regula iura

mentum votum vel promissio
cum pluribus cōditionibus/pōt
ad eas duplicitate se habere scili
cet copulatim & disiunctim: si
conditiones ille adiungātur co
pulatim: se habent vt vna tota
conditio quare altera earū non
posita non cōsurgit obligatio:
Exempli gratia. Vou me visi
taturum limina apostolorum
si deus restituat sanitatem fra
tri & sorori languidis: cōtingit
autem fratrem mori conuale
scente sorore. Dico non sum
obligatus visitare apostolorū
limina: patet non est posita to
ta voti conditio: si vero ille cō
ditiones adiungerentur disiun
ctim vt pote limina visitabo a
postolorū si sanetur frater vel
soror sufficit ponit vnam illarē
ad contrahendam obligationē
¶ Quarta regula Circa iura
menti dispensationem: illius ē
relaxare obligationem iuramē
ti in cuius fauorem directe faz
ctum est & nō illius cui iuratur
nisi ineius fauorem fiat. Exem
pli gratia. Iurasti tictote daturū
decem dico q; ipsius non tuies
hoc iuramentū relaxare Qua
re sequitur q; si fiat iuramentū

Caput quartum.

Fol. xci.

directe in persone particularis fauorem illius persone est dispensare siue relaxare. Si autem factum est in dei fauore intuitu pietatis aut boni communis dico quod vice gerentis dei est dispensare siue relaxare: ut iura ui me visitaturum limina apostolorum: Dico quod ipsius vicegerens dei est relaxare hoc iuramentum seclusa causa rationabili. Et si contingat circumstantias includi diuersas unam in fauore unius: & alteram in fauorem alterius: illius est relaxare obligationem circumstantie in cuius fauorem posita est: Exempli gratia. Sortes & Ticius sibi inuicem iurauerint socialiter limitavisse apostolorum. Dico quod triusque relaxare obligationem simul visitandi: sed non obligationem visitandi.

Cundecimum collariū de eo qui creditur perfuratus: non uno modo iuxta omnes tale iuramentū exigētes est iudicādū: id enim licitū est persone publice & secundū ordinē iuris. si autem persona particularis fuerit aut publica non procedēs ut publica: vel non secundū

iuris ordinem peccat petendo: **C**perspicuum est igitur tā iurā tē quod iuramentū petētē posse abs quod periurio nullis modis peccare. **C**ōtingit pariter cū falso iurato esse a peccato immunit: prout in eo qui impossibilitatur implere: ubi dico: quādo iurauit si preuidebat impossibilitatē peccauit iurādo: sive vero credebat fore possibilitatē: hoc dupliciter: quoniā credulitate: exīstēte temeraria & absque probabilitatis rationabilis apparētia illud iuramentū fuit temerariū atque illicitū nō tamē proprie fuit periuriū: si autem probabiliter credat fore possibilitatē nō fuit iuramentū illicitū quātū ad obligationē siue iurādo peccauerit siue nō: nihilominus impossibilitas ipsum deobligabit pro impossibilitatis tempore: quod addo quoniā si postea detur sibi facultas reuiuiscet obligatio.

Duodecimum collariū Extēso nomine nō omnē periuriū includit mendaciū: ad cuius rei intelligentiā nota periuriū dupliciter capi primo secundū nominis ethymologiā & sic periuriū est peruersū iuramentū

R iii

Libri secundi. De Justitia distributiva.

tū: hoc est illicitum. Alio modo capitur periuriū stricte & sic per periuriū est assertio falsa nō cōdi- tōe tacita excusata & attestatio ne diuī noīs firmata: & hoc mō oē piuriū icludit mēdaciū qm̄ i eludit assertionē falsi. Et iuxta hoc triplex notare possum⁹ piu riū in prima significatione: qđ dā est falsi iuratio / quoddā iu- ramēti transgressio / & quoddā incauti iuratio. Quādoq; enim iuratio ē peccatū & nō trāsgres- sio iuramēti vt si fuerit de re il licita factū iuramētū: quādoq; etiā trāsgressio est peccatum & non iuratio vt si facta fuerit de re licita cū debitis circūstātiis. Aliquādo iuratio est illicita & trāsgressio vt si fuerit de re lici ta cū circūstantia mala. Q uan- doq; nec iuratio est peccatū nec eius trāsgressio vt si post iura- mētū efficiatur ille ex a' iquo euētu īpotēs. ¶ Emergit ni- hilomin⁹ hic difficultas de trās gressione iuramēti scilicet quā do ille efficiatur periur⁹: an quā do iurauit: an quādo iuramētū transgressus est. ¶ Respondeo secūdū veritatē illa trāsgressio nō est piuriū / patet. nō fuit tū iuramētū / ergo nō tūc periuriū

Fateor ta' em trāsgressionē es- se peccatū & facere precedēs iu ramētū fuisse periuriū. Adiūgo preterea quādo iurauit si inten debat explere / & deiñ ex ei⁹ ma licia cōtraueniat tal⁹ assertio fal si nō fuit pprie periuriū / & si sic appelles saltē nō fuit īputabile.

C Decimūtertiū corollariū / periuriū est cōtra pri me tabule pceptū: inde orta est vna opinio ip̄z asserēs esse gra uius surto vel adulterio sed nō est homicidio graui⁹: prosector iste ē sermo ad placitū cū equa liter de isto & de illis duobus currat ratio: ratio de illis est ista quanto subuertitur ordo di gnior ipsius charitatis peccatū grauius ē, sed per ipsum periuriū subuertitur ordo hominis i mediate ad deū & per furtum vel adulteriū subuertitur ordo hominis immeditate ad proximū suū: ille ordo aūt ē dignior isto igitur: vides istā rationem etiā de homicidio cōcludere qđ ordinē charitatis hominis im mediate ad proximū subuertit ut enim dixi periuriū obuiat pri me tabule precepto: illa autem sunt cōtra precepta secūde tabu

le. Prima enim tabula est preceptorū immediate ipsum hominē ordinatiū in deū Secūda vero tabula est preceptorū ipsum hominē immediate ordinatiū ad proximū. Illa quidē cōtinet tria precepta prima. Et ista cōtinet septē: hinc dici solet ceteris aliis paribus grauius esse peccatum cōtra prīme tabule preceptū q̄ secunde: In periurio fit iniuria atq; contumelia immediate ipsi deo scilicet eum in testem vnius falli vocādo cuiusqdē nō fieret testis nisi foret mēdax sed in furto adulterio vel homicidio fit immediate iuria proximo, quid igitur sit dicēdum amplius alibi examinabo: pronūc cōcludatur. Omne delibera- ratū piuriū eē peccatū mortale

C **D**ecimū quartū corl̄z. Ut piuriū sicut mēdaciū maliciā taliter h̄z annexāvt nullo fine nullae circumstātia valeat bene fieri: sic igr̄ oē mēdaciū est peccatum/ quoddā autē mortale & quoddā veniale, Perniciosum enim mēdaciū est mortale secundum qualitatē ei⁹ in quo ille intēdit obesse, Sed mendaciū officiosum atq;

etia mēdaciū iocosum est fec-
catum veniale. Dices aliquofiz
ne liceret mētiri mēdacio venia-
li: patet licitum est incurere pec-
catum veniale ad vitādū mor-
tale in proximo. Nego istud as-
sumptum: ymmo implicat con-
tradictionē: id enim esset licitū
& nō esset licitum. Licitum qdā
vt dicis: & quod nō sit licitum:
patet est peccatum veniale er-
go offēsa in deum ergo nō lici-
ta. **C** Est tritum dubium an mē-
daciū veniale sit mortale viris
pfec̄tis siue i statu pfec̄tiōis cō-
stitutis. **R** īndēt multi affirma-
tive Dico autē duo. Primo tale
nō ē mortale q̄tū est de se poti⁹
viris pfec̄tis q̄ imperfectis: secun-
do ratione scādali eminētis ex
mēdaciō viri perfecti: potest hu-
iusmodi mēdaciū esse morta-
le viro perfecto: certum est em̄
q̄ ex cōceptu veritatis & facili-
tate mētēdi in personis digni-
tatum aut virtutum simplices
potius prouocantur ad huius-
modi q̄ ex personis deiectis &
vilibus: quare scādali suntur
ex illis & non ex istis: obliga-
tur enim vnuſ ad aliquid vltra
alium ratione voti emisi / vel
officij suscepti / vel scādali emi-

R. iij

Libri secundi. De iustitia distributiva

nentis/vel proprie conscientie dictantis.reliqua sunt adhoc reducibilia.

CEst habenda regula Cōceptus aut etiā scādalū ex speciali sua cōditione reddūt op⁹ malū specialeq^z peccatū cōstituūt:nedū in operibus alias malis:sed in indifferētib⁹: quin ymmo crebro in bonis ex gene re:est enim cōtra debitum iusticie ad proximū habēde. **T**Scādalū est dictū vel factū minus rectū prebēs alteri occasionem ruine/ q⁹ si preberet occasionē ruine mortalīs esset mortale. Si autē occasionē ruine venialis p⁹beret esset ex hocveniale. **T**Ta le opus minus rectū dicitur scādalum activū ipsa ruina in proximo ex illo opere occasio naliter orta dicitur scādalū pas siū. Notabis nihilominus pro ampliori noticia duplex esse scādalū passiuū: scilicet datū & acceptū. Latum dicitur quādo opus scādalizantis est ex sua cōditione tale q⁹ natū est pximū inducere ad peccādū cuiusmodi opus de genere mali. Accep tū quādo opus non est ex sua

cōditione tale q⁹ natū sit inducere proximū ad peccādū quin ymo proximus ipse ex malicia aut fragilitate vel ignorātia ex illo opere sumit ruine occasio nem. Dixi sumens occasionem ex sua malicia: aut fragilitate: vel ignorantia, Pro quo notes insuper duplex esse scandalū acceptū scilicet phariseorū/& pusillorū. Primū dicitur cui⁹ occa sio ex sola malicia illi⁹ sumitur ut cōtingebat phariseis ex Xpi dostrina. Scādalum dicitur pu sillonū cuius occasio ex fragili tate vel ignorātia oritur. **T**Ex hoc potest haberi responsio ad dubiū illud: an p̄termittēdum sit opus bonū ad evitandū in proximo scādalum. **R**espon dendum est affirmatiue de ope re supererogationis ad evitan dū scandalum pusillorū: sed nō phariseorum. Dixi supereroga tionis quoniā opus protunc maioris obligationis & de ne cessitate salutis / nō esset pretermittēdum pro vitando proximi scādalo:quia nō est incurre dū peccatū etiā minus:ad evitā dū in proximo peccatū maius. **T**Habeatur beati Hieronymi regula. Omne opus pretermi-

cedum est propter vitādū scandalū proximi quod pretermitti potest tripli salua veritate/doctrina/vite/& iusticie. Veritas vite cōsistit in debita precepto rū dei impletione, Veritas iusticie cōsistit in debita malorū cōhibitione etiā innocentū protectionē secūdum iuris ordinē. Veritas autē doctrina cōsistit in debita proximorū instructio ne in agendis. Et certū est pro tempore pro quo aliquod istoꝝ cadit sub diuino precepto non esse postponēdum propter vitādū scādalū. Si tamē nō p̄tunc caderet/sed esset affirmatiū preceptū sic foret in aliud tempus differendū propter vitādū pusillorū scādalū nec ex hoc incurrit iste detrimentum sed potius duplicabitur ei meritū. Obiſcies nemo potest esse peccati alterius causa ergo nullū opus bonū debet pretermitti ad evitādū proximi scādalū: Antecedēs patet nemo peccat nisi volēs. Respondeo duplex est causa scilicet efficiēs & occaſionalis:& de secūda est sermo de qua negatur antecedēs: dici tur enim quis esse causa occaſionalis peccati cuius opus non est

talesq; possit inducere proximū ad peccādū: hoc modo. Sortes famulū suum ad ecclesiam duces quē eūdo peccare contingere causa esset occaſionalis peccati famuli sui: nec imputatur huiusmodi causalitas. Obiſcies insuper: quod nemo vitari potest nō est imputabile: sed necesse est ut veniat scādala. Math. I. ergo non est imputabile scandalum. Negabis cōsequētiā. Inferēdum est scādalū nō est imputabile: & verū est: Ad intentionē autē argumēti notes q; illa propositio assumpta intelligēda est necessitate cōditionis vel vtilitatis: Necessitate quidē cōditionis. i. si continuētur hominū peccata tādem euenient scādala. Necessitate vero vtilitatis hoc est ex scādalo multa orta fuerunt reipublice vtilia. ¶ Patet igitur qualiter ex scādalo aggrauetur mortaliter mendacium alias veniale/potissime scādalo fugibili sub mortali: quod addo quoniam contingit dari scādalu mēdium veniale quod non nisi venialiter mendacium aggrauiabit: sic nec credo uniuersaliter verum omne mendacium perniciosū esse mortale:

Libri secundi. De iusticia distributiva.

ipsum enim duo cōtinet scilicet fallēdi intētionē. 1. intēdatur. q̄ proxim⁹ false credat. Secundo cōtinet intētionē nocēdi in ali⁹ quo bono. Ex prima cōditione cōtrahitur culpa venialis & ex secunda mortalis si fuerit nota bile dānum intentum id addo quoniā cōtingeret huiusmodi: dānum esse parui momenti ex quo nō sufficiēter cōtraheretur culpa mortalis & sic mēdaciū perniciosum p̄ obiecto tale dānum habens non esset mortale. Similiter dico de mēdacio of‐ficio: stat enim q̄ quis teme‐tarie credēs alicui prodesse ob‐sit valde & sic illud mēdaciū ex intentione officiosum esset mortale: idem de ioco: dicen‐dum censeas.

Decimūquintū corollarium. Circumstātie que iuramēto sunt in adiuratione cōsiderāde videlicet quis/cui/cur/per quid &c. **A**diuratio enim est preceptio vel depreca‐tio inuocatione diuini nominis aut sacre rei firmata vt si dicatur Adiuro te per deum viuum vt dicasvel facias hoc vel illud. **I**ibi notes q̄ verbum adiurā

di dupliciter capi potest scilicet preceptiue & deprecatiue / siue precipiēdo aut deprecādo. Pri‐mo quidē modo sensus est: sub virtute diuini nominis precipio vt hoc vel illud dicasvel facias Et secundo modo sensus est sub virtute diuini nominis oro vt dicas vel facias hoc vel illud. **E**t ita patet qd sit ad cōmu‐nia dubia dicendum. **P**rimo an possit inferior superiorē ad‐iurare. **D**icas q̄ sic verbo ca‐pto deprecatiue non preceptiue siue imperatiue. **S**ecundo an liceat homini demonē adiura‐re. Respondeendum est q̄ sic ver‐bo capta preceptiue siue impe‐ratiue: Et ita Petrus demonem adiurauit & eiecit a quadā mu‐liere. Non autem deprecatiue: quoniam ad eum non est habē‐da oratio aut familiaris sermo. **N**ec est notatu pretermitten‐dum: quis demonē adiurare ad opus impediendum liceat: non tamē ad aliqd ab ipso sciēdum aut ipso adiutore operādum ni‐si diuno instictu aut diuina re‐uelatiōe alicui a deo cōcederet quēadmodum fecit Petrus per demones ad eum Armogenē apportari. prohibetur enim cū

demone talē haberi familiari-
tatē quadruplici lege. Primo. Le-
ge diuina vtriusq; testamenti
secundo lege canonica. 29. q. 2.
etia. q. 5. per totum & extra de-
maleficiis. Tertio lege ciuili.
c. de maleficiis & mathemati-
cis. Nemo. Quarto lege natu-
rali: quoniā ratio naturalis di-
ctat repudiendum esse consor-
tium pessimi hostis non nisi ho-
minis interitum petētis quem
si vera dicere contingat & cer-
ta bona inuocāti cōcedere hoc
facit ut sub veritatis & bonita-
tis umbra hominē ad se alliciat
& allectum finaliter aliquo im-
buat errore quo ad morte per-
ducat eternā. Tertio dubita-
tur An creaturā irratiouale ad
iurare liceat. Respondēdum
est q; sic potest tamē illic esse
duplex adiurātis intērio Prima
dirigēs immediate in talē crea-
turā adiuratione & vana est ta-
lis adiuratio. Alia illā adiuratio
nē dirigēs in illum qui illi crea-
tura vtitur videlicet in deum
vel in demonē: In deū qdē de-
precādo & in demonē imperā-
do ne illa creatura in homines
nocumētum mittat: & ita apli.
Symon & Iudas adiurauerunt

dracōes vt desertū ihabitaret
¶ Documētum septimum.

In voto exhibet
deo quidē latrīe honor. ¶ Vo-
tum diffinitur promissio boni
supererogationis propter debi-
tum finē deo facta & delibera-
tiōe firmata. Ex quinq; his pa-
ticulis habes opis mali/aut ma-
lo fine/aut boni sub precepto p-
tunc cadētis/aut operis indeli-
berati/aut nō deo facti/ nō est
votum sic stricte accepto noie:
qd addo qm̄ p̄tīua nois signi-
ficātia nō hec oīa īportat purne
q; p̄missiōis nomē: quo extēlo
cōtingit votum de ope malo
fieri/aut fine malo/aut de ope
sub p̄cepto p̄nunc cadēte/aut al-
teriq; deo. Anvero obliget sec⁹

CSolet ei de voto
boni malo fine citari questio an
obliget ḡia exēpli vqueret q; ie-
tunare & malo sīe. ¶ Rñdet Ri-
chard' i. 4. dist 12. q; tale votū
nō obligat. Probat. magis depē-
det votū a fine q; a materia ei⁹:
sed factum de opere malo in-
plendo non obligat ergo etiam
factum de bono propter malū
finem non obligabit: apparenſ
est ista ratiō videiicet q; si maz-

Liber secundus. De iustitia distributiva.

licia materie obligationem impedit etiam & malicia finis. Dat exemplum dices quod votus se ieunatur si occidat Platonem non obligatur ieunare. ¶ Obiicio ex multiplici circumstantia & loci temporis modi &c. potest reddi votum illicitum moraliter manete tamquam obligatione. Tu etiam capies aliquam in uxorem si ne avaricie aut glorie perniciose aut huiusmodi: per illum consensum vere se obligat estque sua: non obstat enim sine prestituto stat consensus simpliciter se obligandi: nec constat quin a superiori approbetur etiam in pena male votatis: igitur censendum est obligare: saltus tutus est illud tantum obligas obseruare: non qui de secundum totum eius ambitum videlicet circumscriptionatum malis circumstantiis: sed denudatum illis secundum materiam eius consideratum & (re)uocato priori proposito) idebitum fine ordinatum. Nec illius doct. exemplum est ad propositum: quoniam aliud est esse finem alicuius promissi & esse eius de conditione: Est enim verum quod circumstantia illicita adiuncta ut conditione tollit obligationem quam est de se. ¶ Alia circa eam

demodo tamen dissensione emergit questio: cur soli deo directe & licite fieri potest votum: indire enim fit sanctis pro quanto ipsi iam beatitudinis participes suis intercessoribus pro nobis orent deum. ¶ Solet responderi causam esse quoniam per votum quis se totum obligat: sed nulli subditus est totus homo nisi deo scilicet secundum corpus & animam Ideo non potest se voto astringere quisque nisi deo: non enim quis potest obligari nisi capaci obligationis suscipiende. Aliam rationem alii assignant videlicet quod voti executio finaliter ad beatitudinem ordinatur solus autem deus potest ea conferre quare soli deo directe fieri potest votum.

¶ Alia questio vulgarata quod illorum magis obliget an votum an iuramentum. Una est opinio quod votum. Alia est quod iuramentum.

¶ Dico per concordia quod iuramentum potest fieri ipsi deo & potest fieri ipsi creature. Si fiat deo sic magis obligat quam votum ceteris aliis paribus. Probo tale iuramentum totam vim obligatoriam voti continet & cum ipsa invocationem diuinum nominis.

Si autem fiat tale iuramentum creature minus obligat q̄ votū. patet obligatio tanto maior est q̄to superiori fit. ergo magis obligat promissio deo facta q̄ puro homini: promissio autem huiusmodi iuramenti fit homini & illa promissio voti ipsi deo: igitur maior contrahitur obligatio huius q̄ illius.

C **Allia questio an**
deliberatio requiratur ad voti obligationem. **R**espondetur communiter affirmatiue: nam absq; consensu non contrahitur personalis obligatio ergo nec sine deliberatione. Quare votum a furioso emissum nō obligat ipsum / vel ab infimo usu rationis carente / vel solo dolore morbi surepticiū vt aliquando in parturiētibus mulieribus contingit quibus nihilominus magna est habenda consideratio. quoniam diffici'e est satis discernere an plena fuerit deliberatio: si enim sic: votū obligat: & si non: nō: si autē dubitatio maneat: tutius est votū implere iuxta consilium Gregorij. Bonarum mētium eit co-

gnoscere culpam vbi culpa nō est: id est timere quādo est ad hoc coniecturalis apparentia.

C **Allia questio an**
ad voti obligationē sufficiente conditiones in illa diffinitione posite. Respondendum negatiue: certe ei p̄sōe sūt i aliqb⁹ p̄hibite atq; illegitimate non sui iuris vt religiosus/episcopus/ vxor/seruus/filius amilias/ clericus/secularis. **R**eligious enim nullum potest votū emittere absq; sui abbatis consensu 22.q 4.ca. Monachū / quonia nullum est tempus: in quo iuste nō possit occupari in operib⁹ regule quare nouum votū fozret nullum. Secūdo episcopus non potest aliqua vouere debitam executionem officij suscepiti impedientia & que ecclesie p̄iudicio essent, extra de iure i rando.ca. Sunt noltris. Cuiusmodi igitur sūt lōginq̄e peregrinationes vel alia etiam pia opera. que tamen non essent ipsi ecclesie p̄iudicio neq; debitam sui officij executionem impedirent vouere posset cuiusmodi orationes vel ieunia

Libri secundi. De iusticia distributiva.

& similia. ¶ Tertio vxor non potest vouere que impedirent debitam executionem eorum ad que circa maritum obligatur sine mariti consensu. Et si gnanter impedientia redditio nem debiti coniugalis ymmo vota in istis ante matrimonium emissa potest marit⁹ irritare cu sui modi essent ieunia voluntaria / peregrinationes / omni nocte ire ad matutinas / iacere supra scannum durum. Et ita de marito respectu vxoris q̄tū ad ea in quibus obligatur vxori Neuter enim coniugum potest sine consensu alterius castitatem vouere: Potest tamen cū consensu & perpetuo ipsam iurare. ¶ Quarto seruus non potest vouere que etiam executionem impedirent seruicij domino suo debiti sine consensu domin⁹ sui. ¶ Quinto filius familias impubes vouere vel aliter se obligare nequit sine consensu patris vel tutoris. Et voces Impuberē scilicet masculī usq; in decimū quartum annū & feminā usq; in duodecimū. ¶ Sexto cleric⁹ secularis suscepito beneficio nō potest vota emitte

re protū obligantia que impeditant debitā executionē video licet retento illo beneficio.

¶ Allia questio. An circūltatiavotū ceteris alijs pib⁹ opus reddat magis meritorū. Et ita an opera religiosorū ex obedientiā sint operib⁹ seculariū magis meritoria. Dico notwithstanding ex obedientiā nā differunt ex obedientiā cū obedientiā & propter obedientiā. Kñdeo op⁹ casdēs sub pcepto pōt q̄s duplē exeq Vnomō nō sub circūltatiā obedientie & hīmō opus nō redditur melius aut magis meritorū ex hoc q̄ cadit sub voto vel precepto etiam factū propter deum. Alio modo potest exequi sub obedientie circumstantia ita q̄ intendatur: & sic redditur opus melius & magis meritorū cadēs sub voto vel precepto: magis enim placet deo obedientiā q̄ victima Hoc modo opera religiosorū sub voto cadētia sūt magis meritaria q̄ similia seculariū non cadētia sub voto vel precepto: qui igitur in agilibus sub pceptis cadētibus est prudēs huius

modi obediētie finā sibi presti-
tuat: quinymmo usq; a deo ali-
qui obediētiā extollunt vt nul-
lus sit tam parue bonitatis a-
ctus quin ex obediētia factus
sit maioris meriti q; quicunq;
alius q; tecū; p; bonitatis nō ex
illa circumstantia factus.

Puncti Quarti.
De iudicio & administratione.**Documentum primum.**

In iudicioꝝ ad-
ministratione duo concurrunt
personæ gradus. Primus est
essentialis:cuius quatuor sunt
persone. Iudex actor reus te-
stis: Actoris quidē ē accusare:
reirespōdere/testis testimoniu
superveritate dare:Iudicis sen-
tētiare. **S**ecūdus vero grad⁹
est accidētalis:cuius sunt assel-
lor:aduocatus/procurator/taz-
bellio/executor/& reliqui con-
grue ministrantes. Assessor ad
cōsulēdū iudici ne deficiē ei
furiſ peritia aut iudicādi expe-
tientia aut alio huiusmodi ini-
que sentētiā ferat. Procurator
& aduocatus ad defendēdū &
dirigēdū reū pariter actorem;

Tabellio seu scriba scriptur⁹ ne
eoꝝ pereat memoria:executor
autē qui rē executioni mandet
iuxta sentētiē tenorē:primi eñi
gradus quatuor persone suffis-
ciēter instrute atq; idonee ad
iudiciū sufficerēt:hinc reliquæ
ad bene esse superadditū gra-
dus dicitur accidētalis.In pro-
posito reus dicitur nō a reatu
sed potius a re q; ab eo petitur
hoc mō reū eē īnocētē cōtīgit:

Documentum secūdum.

Etia hec in bo-
no iudice esse debēt/potestas/
veritas,& bonitas.Potestas in
iudicandi auctoritate. Veritas
in iudicij discretione. Bonitas
in rectitudine volūtatis. Preci-
pue enim de essentialia est auto-
ritas. **C**ōtingit enim iudicis
sentētiā malo fine aut alijs cō-
cūstantijs viciari:esse nihilomi-
nus validā & iure equā. **D**is-
cit enim beat⁹ August. Ad ma-
cedoniū iudici nō licet iudiciū
vēdere:aduocato aut iuriscō-
sulto patrociniūsic:Patrociniū
enim seu defēsio in iudicio est
quid tēporale:& nedū vendi
iudiciū gnymo iure tā diuio q;

Libri secundi. De iusticia distributiva.

humano interdictū est iudici
munera recipere: Hinc eis stipē
dia signātur quibus cōtentī vi
uāt. deuter. 16. Non accipies
personā neq; munera & luce. 3.
Estote cōtēti stipēdijs vestris.
Itē de Vita & ho. cleri. c. Cū ab
omni & de rescriptis cap. Sta-
tutū. Vbi dicit iudicē a restitu-
tione faciēda nō excusari: escu-
lenta autē quedā & poculenta
atq; sport ule iure concedūtur
citra tamen abusum.

excusatur.

CSecundum corol-
larium non quecūq; iniqui sen-
tentia est iniqua: neq; quelibet
equi est equa: vocando iniquū
vel equum ex parte rei de qua
fertur sentētia. Et sententiam
appellādo iustum aut iniustum
ex parte proferētis eam: patet
ex testimonij fertur sentētia.
contingit autē de iniquo quod
inuincibiliter creditur eē equū
ferrie quam sentētiam. **C**Vbi
surgit proclamata illa dubita-
tio an iudex innocentem pro-
batum per testes irrefraga-
biles nocentem debeat morti
adiudicare quē priuate scit in-
nocētem pone esse supremum
iudicem. Est enim aliud quere-
re an liceat & aliud an teneat.
CEst vna opinio affirma-
tiua quā sequitur beatus Tho.
& communiter iuriste qui Ambrosij
auctoritati innitūtur di-
centis bonus iudex nihil ex ar-
bitrio facit s; secundū iura & le-
ges pronūciat. Alia est opinio
quam sequitur de Lyra tenens
q; iudex officio potius cedere
debet & quecūq; mala pene tol-

CSequuntur corol-
latia. Primum: Iudex ex maliciā
aut negligētia/aut culpabilis
ignorantia iniquam ferēs sen-
tentiam tenetur parti lese dam-
na resarcire. **C**Ex malicia qui
dē: videlicet / odio / amore / mu-
nere / aut huiusmodi sciens in-
iustum esse sententiam, **C**Ex
negligentia vero videlicet: qui
etiam iurisperitus omittit ea q;
ad iustum sententiam ferendā
requiruntur: ut pote testes rite
interrogare. aduocatos aliosq;
ministros cū moderamine di-
rigere. **C**Ex ignorantia vero
quoniam nemo ab ignorantia
eorum que suo incūbūt officio

lerare. Tertia superaddi posset opinio videlicet: stante illarum duarum opinionum equalitate liberum ē iudici ad illam vñ alterā declinare. Alium enim requirit locum huius decisio.

Tertium documentum.

Etia hec ab acto seu accusatore excludi debet calūniatio/tergiuersatio/puaricatio. Calumniari est falsum imponere crimen: aut etiā aliquid non debitum tanq; debitum petere. Tergiuersari est a causa iam inchoata omnino desistere absq; debito iuris ordine. Preuaricari ē a causa iā mota fingere se vincí veras p eo tacendo probationes & cōtra eum falsas admittēdo gratia cuiusdē collusionis illis. In tribus modis aberratur. Quarto etiā in causa iusta per iniusti mediū vsum videlicet mendacijs/ periurij/ fflj/ instrumenti/ aut testimonij. Quinto in causa etiā iusta cum nimia rei opressione videlicet rem diu p rogando/ ut crescant expense qbus reus grauetur: alijsq; modis & circūstantijs potest etiā

iuste cause actor siue accusator delinquere. quis enim stricte ac cusator dicatur in causa criminali: actor autem in causa ciuili quandoq; tamen confunduntur nomina.

An autem ad accusandum contingat aliquem obligari. Respondet beatus Tho. crimine vergente in multitudinis corruptionem quod possit quis sufficienter probare tenetur ipse accusare: quoniam bonum commune plusq; partculare amare tenetur: pro cuius conseruatione ordinatur criminis accusatio. Si autem non esset huiusmodi delictū in multitudinis corruptionē: aut existens tale q; nō posset iuste probari: sic nō nasc eretur accusandi obligatio: sed fraterna corre ctio: alias ille esset fratri proditor videlicet in crimine secreto.

Documentum quartum.

Reus nec oē verū cōfiteri tenetur a iudice iterrogatus: nec mendacio / aut alio iniusto medio innocētiā suā tueri licet. Sed ad illius fori & ordine iuris interrogata respō

S j

Libri secundi. De Justicia distributiva.

deat & iustis mediis causam iusta defendat. Differunt enim in mentiri & tacere verum: nam primum est precepti negatiui quare pro semper obligatis nec ullo quidem sine metiri licet. Dicere autem verum est affirmatiui precepti. quare nonnunquam licet & expedit atque preceptum est tacere verum. Licitum est igitur in iudicio per modos debitos se tueri etiam veritates decenter tacendo.

Nichilominus multipliciter in iudicio deliquerit potest reus. primo metiendo secundo veritatem tacendo super qua iudex potest & debet se cundum iuris ordinem interrogare & sic interrogat videlicet in notoriis & manifestis: Tertio per iniustum appellationem: licita est enim appellatio cum fiducia iuste cause tuende: Alio autem modo gratia more & sententie contra ipsum differende cum innocetis vexatione est illicitum & caluniosum. Quarto actorum etiam iniquum procurando plus debito vexari aliique modis & circumstantiis quibus solita sunt

opera viciari.

Sequuntur corollaria. Primum de criminis omnino occulto videlicet tam ex parte facti quam facientis interrogatus in iudicio non tenetur detegere iudici etiam precipienti de omnino manifesto autem vel mixto sic: Prima pars est notatale non illius fori est. Peccat igitur qui vi torture peccatum suum omnino occultum detegit: nec proximi peccatum soli tibi notum propalare debes: nisi in rei publice vergeret perniciem. Secunda pars est de omnino manifesto clara: de mixto autem id est manifesto ex parte facti factore ignoto suadetur ex exemplo Gre. contra quedam qui libellum diffamatorium in publico posuerat quem anathematisavit ut copareret & se fecisse fateretur: id tamen non omnes approbat videlicet quod taliter possit ferri excommunicatio super delicto manifesto cuius prorsus ignoratur auctor qua lese palare cogatur.

Secondum corollarium Iudice exorbitante ac super crimen prorsus occulto

Capit quartum.

Fol. xcviij.

precipiēte sub iuramento responderii: alias pro conuicto reū haberi de morte/licitum est reo in trepide & vocaliter absolute iurare/non feci. modo mētaliter habeat fori modificationē: nec mētitur aut peierat. ¶ Verba ei accipiēda sunt secūdū fori qualitatē. Ita igitur dīs deus illā recipit responsionē iuxta hāc modificationē/ nō feci iuxta fori qualitatē in quo me interrogas videlicet māifeste:nec hāc modificationē expedit exprimi iudici/nā alterius suspectū haberet.

¶ Documentum quintum.

Testis non solū a iudice requisitus:sed nōnūq; ir requisitus testimoniū super veroferre tenetur:super falso aut vī dubio/aut vero tacēdo testimoniū ferēs/aut p testimonio pecuniā exigēs reliq; sq; cōibus circūstatijs deliq;revalet. ¶ Ad hui⁹ āpliorē itelligētiā dicēdū: testis a iudice req sit⁹ cui obedi re teneatur interrogat⁹ scđ; ordine iuris obligatur testimoniū p bēre scđ; i manifestis:req sit⁹ aut a iudice cui nō obedere tenetur/ si interrogetur ad liberādū/tene

tur etiā irreg sit⁹ ferre testimoniū ex charitatis ad pximū pce pto:cui idigētisubuenire obligatur.ad cōdēnādū autē nō teneatur testimoniū ferre irreg situs aut requisitus a iudice cui non obedire tenetur.

¶ Sequitur corol

laria. Primū testis i iudicio non est p hoc dicēd⁹ famā pximi lacerare: sed poti⁹ iā laceratā app bare eē talē videlicet sup mani festo dās testimoniū veritati. ¶ Scđm corrīm Secretū sigilli cōfessiōis nō aliter notū nullo fine nullo ve supioris pceptoē i iudicio ppalādū. Secretū autē sociale vergēs i reipublice corruptionē corporaliter aut spiritualiter/aut in grauē alicuius p sone iacturā cui obuiare plus teneatur iste q; secretū illud seruare sic iudici testimoniū dari pci piēti obligatur iste obedere: secc⁹ si nō tale eēt:qm sic ad secreti obseruatiā tētur naturali iure a quo iudex eū absoluere negt.

¶ Sextum documentum.

¶ Causā fouendā/ modū/mediū/finē/pitiā/cū rli qs moralib⁹ circūstantiis attē


S ij

Libri secundi. De iusticia distributiva

dit aduocatio in ista circa enim
primum dicit beatus Thomas.
2.2.q.7. Aduocatū peccare q
causam fouet iniustum quam
scit esse:ymo si eius auxilio vel
astucia vicitur pars tenetur ad
uocatus ille ad restitutionē ex
pēsarū partis cui⁹ causā iūstā
fouere psumpsit: obseruādus
est pariter debitus aduocandi
modus tam in vocis aut mot⁹
mēbrorum modestia:q in de-
bito proponēdorū ordine atq;
decētia. Item per media debi-
ta non allegatiōibus falsis/aut
falsis instrumētis vtendo/non
testes corrūpendo Item fine iu-
ris tuēdi pariter cum peritia &
diligentia:aliter damnum sua-
culpa proximo obueniens re-
farcire teneretur.

Certit articuli.
De iusticia commutativa duo
erunt partes.Iuxta duplices cō
mutationes videlicet inuolun-
tarias & volūtarias:Prime par-
tis quatuor puncta,

CPrimum documentum.
Primi puncti.



Ommu-
tatiōes
inuolū-
tarie in
quoru^z
opposi-
tis/pari-
ter & in
satissfactionibus atq; preparatio-
nibus consistit iusticia:possunt
vt pronunc sufficit ad quatuor
genera reduci secundum qua-
tuor bonorū genera in quibus
contingit proximum dāmnifi-
cari:que sunt bonū fortune/bo-
num fame/bonum corporis/
bonum anime/sicq; huius par-
ticule quatuor erūt puncta: pri-
mum de bonis fortune.

CSecundum documētum.

In bonis fortune
non modo proximum ledens:
sed lesionē non reparans iniu-
stus est: primum quidē forma
liter prohibetur hoc precepto
non furtum facies: & secundū
equivalenter:nam omnis iniu-
sta lesio in bonis fortune illic
prohibetur:per continuam aus-
tem rei detentionem leditur
proximus ergo ab ea cessandū

est: De qua est Aug. dictum ad Macedonium. Nō dimittitur peccatū nisi restituatur ablatū: supple in effectu aut in voto rationabili. ¶ Sed pone duos de furto vere penitere cum firmo proposito restituendi: unus statim absq; nouo peccato moriatur: alter superiuēs mutet inique propositum & sic moriatur: an vterq; damnabitur p furto. ¶ Respōdeo primus salvabitur: secundus autem damnabitur nō quidem pro furto: nam vtriq; ex hypothesi fuit remissum: peccatum autē semel deletum nunq; redit: damnabitur itaq; p nouo peccato quo post penitentiam iniq; non satisfacere proposuit.

¶ Tertium documentum.
Non solum sic dā
nificās sed causam damnificā
di prebens: & offendit & repa
rare dānum tenetur: etiā in
quatuor illis honorum generis
b^o Hinc ad Rōanos p^o. mor
te moriatur non solum qui ea
faciunt sed qui cōsentunt: iux
ta quod est iure cautum. Dans
causam dāni/ dānu dedisse

videtur. ¶ Huiusmodi enim
dantes causam dāni hoc ver
su annotari solent. Iussio/con
siliū/cōsensus/receptio/ mu
tus/ participans/non obstans/
non manifestans/currere cum
furibus. ¶ Vterq; enim videli
cet & damnificans & causam
prebens tenetur insolidum. i.
ad totum dānum reparādū:
altero tontum satisfaciente al
ter absolvitur circa lesum: te
netur tamen pro quota ipsi sa
tisfaciēti contribuere. ¶ Dictū
est, Dans causam dāni: quo
niam si alias erat dānum se
culturum non tenetur iste repa
rare eum: nō fuerit in causadā
ni: ymo absq; eo secutū fuisset.

¶ Quartum documentum.

Et regulariter sta
tim facienda restitutio: patet
cadit sub negatiuo pcepto de
non detinenda iniuste re alie
na: preceptum autem negatiū
pro semper obligat: Igitur cōti
nua detētio est regulariter pec
catū. ¶ Dixi regulariter: quo
niam dominus rei quādoq; de
bet rationabiliter yelle resti
tutionē pro tempore diffetri:

Libri secūdi. De iusticia cōmutatiua.

cū nōnūq̄ subsit causa ratiōabilis: & protūc detētio nō est pecatū: cōtingit enim pro certo tē pore restitutōnē vergere in boni publici detrimētū/ aut in iaz̄eturā ipsius domini rei/ aut ip̄sius detrimētis/ aut alterius p̄ximorū: quod quidē detrimētū domin⁹ rei poti⁹ vitare deberet q̄ suā rem repetere: sic nō recte vellet rē suā protūc restitui: q̄ si nolit eā protūc detineri nō idū cit reo obligationē hec nolitio: quare furti diffinitio ē isto modo modificanda/ detentio rei alienē inuitō domino recte nolente rem suā protūc detineri.

Quintum documentum.

Ablatū restituendū est in se/ vel equiualeti/ aut sufficiēti In se quidē si cōgrue possit. In equiualeti vero cōsūpto ablato aut aliter distracto: In sufficiēti autē nō habita pos sibilitate restitutiōis totius ablati in se aut equiualeti. pbatur. restitutio dicit rē ad pristinū sta tum reducere videlicet q̄ tū cō gruit iuxta enim bonorū (in q̄ bus fit lesio) multiplicitatēm

multiplex est reparādi modus: gratia exēpli i bonis anime verbo aut operis exēplo proximū inducēs ad peccādum aut a bo no opere retrahēs debet verbis cōtrariis & operibus oppositis niti eū reducere: Qui enim ini que aliquē ab ingressu religio nit retraxit iacturā tā religiōi q̄ ingressuro fecit quare p̄ se/ aut viros idoneos/ ac etiā orationi bus procurate debet illius igs sum: quo nolente ingredi/ debet aliū idoneū querere qui ingrediatur quo nō inuēto/ & ipe met si idoneus iuxta doctorū sentētiā tenetur ingredi etiā si ue professus fuerit ille seductus siue nō quorūdā opinione: Dicit tamē doctor subtilis esse verū: sed iā ille erat p̄fessus: talis enim erat ipsius religionis non alter: lōge autē differt ee/ & proprie eē habere & ppe habere:

Secūdi Puncti.

Primum documentum.

Lesio fame proximi obuiat eq̄tati iusticie & adrepatōe;

Caput quartum.

FOL. C.

obligat: p;: vt de bōis fortūe: cū
sit eis p̄st ītior: pū. 22. Meli⁹ est
bonū nomē q̄ diuitie multe: hic
de bono nomine est cura habē
da. ¶ Tripliciter enim iniuste
laceratur alterius fama. primo
falsum imponēdo crīmē: secū
do occultū crīmē verū propalā
do publice nō ordine iuris ser
uato: tertio tale crīmē verū oc
cultū publice propalatiū ne
gando: negās enim diffamat
ei imponētē/eum de calunia
notādo: nihilominus tamē nō
nunq̄ licite proximi fama ledi
tur: gratia exēpli in correctiōe
fraterna vbi euāgelico ordine
seruato/peccatū denūciatur ec
clesie cū circūstātijs debitiss. li
cite piter p̄ eius emēdatiōe de
tegitur crīmen eiusvīro probō
qui prodelle possit & velit.

¶ Secūdum documentum:

¶ Secundū tres il
los varios modos quibus pro
ximi fama leditur ē varijs mo
dis reparāda. ¶ Primo em̄ fa
mā ledēs per falsi crīminis im
positionē tenetur illud reuoca
re. ¶ Secudo ledēs per crīmen

verū occultum/publice imposi
tū nō tenetur reuocare: nā mē
tiretur: sed aliter modo cōgruo
debet opinionē i proximo sua
causa genita: n extinguiere: vt
pote dicēdo/nō debito modo
locut⁹ sum: aut dicat nō creda
tis tale dīctū meū fuisse vere:
nā male locutus sum: aut
tunc loquebas/credebā esse ve
rum/se t male locutus sum: aut
alius modus decens absq; per
mixto mendacio excogitatus
quo restituatur bona opinio.
¶ Tertio ledens famam negā
do publice crīmen occultum/
publice ei impositum non tene
tur negationē reuocare: ymo
credo nec perditam famā im
ponentis reparare. ¶ Prima
pars patet. iuste negauit/nam
ad illius fori qualitatem non
spectat huiusmodi occulti co
gnitio. ¶ De reparatione aus
tem fame solet dici eum tene
ri: nam occasione negationis
elus fuit ipsius imponentis fa
ma perdita: reparationis aus
tem modus: est iste: videlicet
dicendo/ ille credebat propos
nere verum & intendebat pro
bare & non potuit. ¶ Contra.

Libri secidi. **D**e iusticia cōmutatiua.

non obstante incommodo fame / ipse crimen impositum iuste negavit: & ex sola imponētis culpa secuta est ei⁹ diffamatio: igitur non tenetur alter reparare: aliter in iudicio iuste pcedens teneretur omnia dāna exculpa rei sequētia reparare: patet occasione illius cōtra eū procedētis oriātur. vīdetur igitur rationabilius dicendum illum ad fame huius reparatiōnem non obligari: sed esse dūtaxat consilij.

Tertium documentum.

Prouit in aliis bonis damnificans licite subit in proprijs bonis similibus iacturam ut proximo satisfaciat: sic & in bono fame: fateor enim ordine charitatis aliquem plus ad succurrēdō proprie fame q̄ alienē obligari: verū tamē q̄i q̄ a proximo famā abstulit obligatur cū sue fame iactura restituere: prout de eo qui furtum consumpsit tenetur de suo proprio reparare damnum: nec solum tenetur quis apud eos / apud quos famā proximi lacerauit eam reparare: sed apud alios

ad quos peruenit rumor: ymo nonnulli hoc ius adeo arctant & asserant eum qui altera falsum crimē publice imposuit obligari illā publice retractare non obstante morte ex hoc in penam delicti ei eminente: etiā non ingruēte morte alteri diffamato ex non retractatione. Dico tamē posse multiplicem criminis impositi distigui grauitatem: & secundum hoc grauior aut leuior ēēt criminis impositio: in casu enim quo diffamāns esset publica persona ex cuius retractatione atq̄ diffamatione grauis in rem publicā sequeretur ruina ipse a retractatione excusaretur igitur ad maius malum vitandum cade re potest excusatio.

Sed an qui per auditum intellexit alterius criminē postea alijs propalās .f. audiūi tale criminē: teneatur ad fame restitutionē? **R**espondē dum si non a fide dignis audiuerit: non debet verbum illud alijs aperire: potissimū nisi simul auctorum qualitatē explicaret: vīdelicet hoc audiūi a

talibus non fide dignis. Si vero a pluribus fide dignis quoque verbis nihil addat augēs criminis magnitudinem: cum ille per crimen eius publicum ius fame perdiderit hinc iste famam restituere nō tenetur: nec etiā peccat quod tum est ex hoc securus aliunde detrimēto sequente. ¶ De crimine autem per totā ciuitatem manifesto quod quis alibi propalat: an apud istos reparare teneatur famam. ¶ Responderi solet quod non: & causa assignatur quoniā nō lacerat illius famā: cū eēt iā lacerata: nec auffert cū esset perdita. Contra: vestē laceratā qui deterius lacerat tenetur reparare iacturā. sunt enim tot particulares fame quot homines bene de isto sentientes: quare p famē perditionem apud aliquos non omnis fama ē pedita: Ideo ē aliter respōdēdū videlicet: ille ex sua culpa/propter scilicet sui criminis manifesti eidētiam perdiditius famē: sic quod non plus est ei debita fama: quare quācūq; aliam famam super hoc facto auferēs: non restituere tenetur nec peccat quod tum est ex hoc.

C Tercii Puncti

¶ Primum documentum

A Ontra ordinem iusticie est corporis dānitificatio auctoritate priuata: patet nō ei quod suum est relinquitur: inde ius tam naturale quod diuinū & humanum infringitur: ad hoc enim pceptū Exodi. xx. Non occides. Reduncuntur cetera corporis damna: ut mutilatio/vulneratio &c. Non tamen eo prohibetur que cūq; viuētis occisio: ut puta plāte: aut bruti animalis: quod eum proximi bouem vel equum occidere sit peccatum in proximū. non tamen quia occisio est: sed quia aliunde fit proximo iniuria damnosa non contra illud preceptum non occides: sed contra istud non furtū facies: estq; sub peccato furti aut rapine.

C Sequitur corol

laria: Primū: quod publica auctoritate occidere liceat: non est per humanam dispensationem ab illo precepto non occidas: sed per diuinā commissionem. Primam partem ostendo: non ha-

T j

Libri secundi. De Justitia cōmutativa

bet imperium par īparē/nec
inferior ī superiorem: diuinū
igitur ius non recipit ab homī
nedispensationē: declarationē
autem atq; interpretationē sic
C Secūda corollarij pars exva-
rijs sacri eloquij locis eluce-
scit: quibus a domino preci-
piūtur publici malefactores oc-
cidi. Ex quibus manauit homi-
nibus huius precepti non occi-
des interpretatio:nā legis diui-
ne passus passum exponit atq;
interpretatur. Publica igitur au-
ctoritate iudex reum morti dā-
nans aut minister sentētiā exe-
quens seruato iuris ordine nō
peccat: secus eo pretermisso:
que enim iusta sunt/ sunt iuste
exequenda. **C** Secūdum corol-
larium. Nemini se iterimere
licet pro aliquo malo pene vel
culpe vitando: aut pro satisfa-
ctione aliqua agēda. patet: nō
est ad hoc publica auctoritas
cōcessa: Itaq; non licet pro vir-
ginitate seruāda aut pro seru-
tute eminētibus hostibus vitā-
da: aut p criminē in se vel alio
vitādo se iterimere/teste Aug.
primo de ciuitate Legūtur em̄
In veteri lege quidā se intere-

misce: aliq; diuino instinctu: alijs
seruēti eterne beatitudis desiderio
absq; diuino spiramine
& isti grauius peccarūt: quidā
leguntur pro quietori vita du-
cēda se castrasse qui pariter de-
liquērūt: est enim sufficiens vo-
luntati libertas: qua vtendo va-
leat quisq; peccatum vitare.

C Secūdum documentum;

C Quādo nequit
ablati eiusdē numero fieri restitu-
tio/nitendum est equivalens
reddere: q; si neutrum fieri va-
leat satissimēdum est secundū
legis institutionē si fuerit: & si
nō/agēdum est secundum bo-
ni viri consiliū: difficile est em̄
in damnis corporis Idem aut
equivalens reddere saltem par-
ti lese: non enim equantur san-
tati diuitie: sic nō potest pro ho-
minis morte autmutilatiōe eq-
ualens per diuitias eius fieri com-
pensatio: & quis lex penā talio-
nis instituerit prout in veteri le-
ge dari animā pro anima/ oculū
pro oculo/dentem pro dē-
te/manum pro manu/pedem
pro pede/combustionē pro cō-
bustione/ liuore pro liuore:nō

tamen per hoc fiebat ipsi parti
lese equa recompensa: nam ei
nō vita aut ocul⁹ restituebatur.

¶ Tertium documentum:

¶ Reus homicidii
satisfacit qui a ministro iusti-
cie penam mortis institutam
tollerat: aut pro fidei defensio-
ne vel alio iusto bello acciden-
tē acceptat pro occiso: q̄ si nō
per propriā mortē debet alia
opera pia & penalia ī occisi uti-
litatem facere. ¶ Prima pars
patet: illa est legis tā mosaice
q̄ euāgelice pena instituta Tu⁹
etiam non ultra hominis posse
requirit dominus igitur p̄ mor-
tem satisfacit. ¶ Secūda pars
ostēditur Q uī nec idem nume-
ro nec equivalens restituit: de-
bet niti aliud q̄ tum potest red-
dere in lesi utilitatem: In pro-
posito enim rei mors medium
aliorum exemplo cedit sed in
relaxationem pene purgatori⁹
ipsius occisi aut aliorū eiconiū
etorum: his adde qui alterum
corporaliter ledit/ non soli, le-
so: sed etiam aliis personis cō-
lunctis damna inde sequentia
tenetur reparare: patet ex toto

principio. Dans causam dāni/
damnum dedisse videtur: qua-
re ipsius occisi uxorē filios &
alios alere tenebitur homici-
da: ceterasq̄ iacturas reparare
inde ortas. ¶ Sequuntur co-
rollaria. Primum medicus qui
culpabili artis ignorantia aut
negligētia hominē necat tene-
tur ad reparationem: secus eo
secundum artis regulas ope-
rante prout moris & commu-
nis obseruantie fieri debet:
non enim est hic mortalis ho-
mo que offīa nature archana
videat aut speciatim perscruta-
ri valeat. ¶ Secūdum corolla-
riū Languēti etiam iudicio pru-
dētum breui morituro non est
mors accelerāda vt ab illo pe-
nali langore liberetur: idem de
furiosis dicas: quos suffocare
non licet.

¶ Quarti Puncti.

¶ Primum documentum:

¶ N bōis anime ledēs
proximū iniuste a-
git: & eo quidem gra-
uius quo anime bona bonis ex-
terioribus prestant: plus qui-
dem vel minus secūdum boni

T ij

Libri secundi. De iustitia cōmutativa.

spiritualis gradū: hoc nihilominus vnum est: quoniam nemo directe potest proximum efficaciter ledere in spiritualibus virtutum bonis: indirecte autem sic. ¶ Sunt nonnulla premitenda: Primum bonorum quedam sūt pure corporalia extraq; animam: quedam spiritualia quedā mixta vt bona sensuum: pure spiritualiū quedā sunt intellectus vt scientie: quarum: quedam sunt practice/ quedam speculatiue/ quedam ad salutē necessarie/ quedam nocie/ quedā impertinentes: Alia sunt voluntatis: prout virtutum actus atq; habitus: & dona a deo infusa. Item operum virtutum quedam sunt precepti/ quedā consilii: secūdum igitur illorum bonorum varios gradus grauior est aut leuior lesio: grauius peccat proximiū impediens a preceptorum operibus q̄ cōsiliorum: grauius in scientiis practicis saluti necessariis q̄ indifferētibus: in nocuiis autem scientiis q̄ quis aīe sint perfectōes procurari potest licite in eis lesio vt maius malum vitetur. ¶ Secūdo pretermittendum est bonoruā que-

dam directe & efficaciter quis a proximo auferre potest ut corporalia/ quedam non vt virtutū bona spiritualia & hoc quoniam voluntas est essentialiter libera que directe ab alio neqt a consensu bono impediri nec ad malum cogi: potest autē aliquibus motiuis instigari & ita indirecte ab alio ledi. Ex his sat patet documenti veritas.

¶ Secūdum documentum.

Lessiones bonoruā

anime spiritualiū reparatio est secūdum modū lesionis facienda: patet non potuit quiū illa bona directe & efficaciter auferre igitur neq; tenetur eorum reparationem directe atq; efficaciter agere: cū nec id possit: qualiter igitur sua occasione aut in directiōe lesus est proximus debet procurare tali modo proximum ad virtutes induci & a vicīis retrahi. cui si non coagat proximus ille lesus/ excusat iste faciēs quod debuit: & quia natura pronior est ad malū q̄ bonum. ¶ Hinc nonnunq; ipse dā nificās pl̄ laboris tenetur assūmere ad reducendum q̄ habue

buerit ad seducendū: vbi enim non sufficit eius suasio/ querēdi sūt alii idonei suasores: qui si nō eum reducant/ debet ille orationibus & aliis bonis operi bus p̄ huius reductiōe vacare.

Tertium documentum.

In reparādīs bo-
norū iacturis impossibilitas a
toto aut a tanto/excusat ab eo
cuius est impossibilitas: non au-
tem a parte cuius manet possi-
bilitas: patet nemo ad impossi-
ble obligatur: nec vnius partis
impossibilitas excusat a parte
cuius manet impossibilitas: qui
perpetuā voulit virginitatē per-
dens culpabiliter eam deobli-
gatur ab ea seruāda: obligatur
autē ad castitatē: qui pariter vir-
ginē deflorauit non obligatur
ei virginitatē restituere s; alias
iacturas ide ortas ei possibles
reparare tenetur secūdum vete-
ri legis in hoc cum noua coin-
cidēti debet eā in uxorem ca-
pere: aut sufficiēter secūdum il-
lius qualitatē & sui facultatem
dotare: & preter hoc eā ad viā
morū salutarem reducere: si au-
tē factō quod debuit/ eam de-

uiare contingat nec ad salutis
viā reduci valeat excusabitur
iste & libero alterius arbitrio
imputabitur iniqūitas: securus est
de alia iam deflora: que nihil
lominus si istius occasione fa-
cta sit ad peccata pronior atq;
propensior tenetur ipse redu-
ctionem procurare: que si ligata
fuerit ex quo secula est mari-
to infamia tenetur ei damna re-
parare.

Secunde partis

Huius capi. De iusticia com-
mutatiua.

Documentum primum.



Ommu-
tatiōes
volūta-
rie com-
munio-
res sunt
dona-
tio/ mu-
tuatio/ commodatio/ vēditio/
p̄mutatio/ locatio/ pignoratio/
depositio/ cū suis correlatiuis:
quorū cōcreta sunt donās & al-
ter donatarius: mutuans & al-
ter mutuatarius: commodās &
alter commodatarius: vēditor

T iiij

Libri secūdi. De Justitia cōmutativa

& alter emptor / permutatio-
ne vterq; permutator : locans
& alter conducens: pignorans
& alter pignoratarius seu debi-
tor & creditor: deponēs & de-
positari⁹. ¶ In ēptōe & mutua-
tiōe trāsfer̄ res quo ad dñiū p-
prietatis: in illa qdē dato p̄cio:
& in ista absq; p̄cio. In loca-
tione autē &cōmodatione trās-
fertur quo ad vsum: in illa pro
p̄cio: & in ista gratis. In dona-
tione sit translatio quādoq; ad
vsum: quādoq; ad proprietatē
secūdum dantis volūtatē In pi-
gnoratione nuda nō fit alicui⁹
horū translatio sed pro tuto tra-
ditur: Emptōis naturā redol; p-
mutatio / & dōatōis cōmodatio

¶ **In aureo enim**
innocētie statu nō omnium hu-
iusmodi cōmutationū suisset
vſus: tūc enim erāt om̄ia cōia:
rerū aut̄ appropriatio atq; diui-
sio iure humano facta est / dicē
te Augustino super Ioannem
iure diuino domini est terra &
plenitudo eius: iure autē huma-
no dicitur hec domus est mea/
hic seruus est me⁹. ¶ Huius cō-
gruitatem assignat doctor sub-

tilis: nā rerū vſus ita secūdum
rectā rationē debet hominibus
cōpetere sicut ad pacificā cōuer-
sationē & necessariā sustēratio-
nē congruit: in statu autē inno-
cētie magis ad vtrūq; voluisset
cōmunis rerū vſus absq; domi-
niorū distinctione: quoniā nul-
lus tūc aliquod alteri necessa-
riū occupasset: In statu vero na-
ture lapse ad vtrūq; magis cō-
gruit rerum appropriatio: v̄c;
tā pro pacifica hominū con-
uersatione q̄ pro necessaria eo
rū sustētatione: fortior debilio-
rē oppressisset & necessaria ab
eo abstulisset pro huiusmodi re-
rū cōmuniū occupatione. Diui-
sionis rerū modus esse potuit
aut eis principē eligēdo: aut su-
periorē vel arbitrū q̄ terras eis
diuideret: aut cōdendo inter se
legē qua primo occupati terra
concederetur ei appropriata.

¶ Huic adiicio illud dictum de
communi rerū dominio etiam
intelligendum de bonis fortu-
ne bona enim a nīme vt scien-
tia & virtutes pariter corporis
nēdum intrinseca / sed iure ma-
trimonii coniuncta vt vxor fiz-
lii &c. Erant propria: quinymo

¶ tū ex illo statu nō ei repugnat
bat rerū appropriatio: sicut do-
mino deo appropriationē pro-
illo statu irritante atq; eorū cō-
sensu inualidāte. ¶ Nemo pa-
riter dubitabit rerum diuisionē
atq; appropriationē potuisse di-
uino iure introduci: ymo eo iu-
re sunt defacto aliisque introdu-
cte: put filiorū Israēl dominiū
in terra promissiōis: & leuitarū
i p̄mitiis: piter sacerdotū Euā-
gelicorū i decīs & oblatiōibus.

¶ **S**equitur corol-
lariū: auctoritate publica potest
quis iuste dominio rei proprie-
tatis destituti in stāte causa: pa-
tet: humana auctoritate facta ē
istū rerū appropriatio: igitur ea
dē potest fieri taliū rerū ab eo
destitutio/ qualiter in non līs cri-
minibus: qbus criminosi bona
cōfiscātur: in p̄scriptiōe pariter
& vsucapione in quibus bone-
fidei possessor tēpore a lege ta-
xato rē que aliena erat possidēs
efficitur verus rei dñs auctor-
tate publica/ dominiū de illo in
istū trāsferēte & ex causa quidē
scilicet ad imponēdū litibus fi-
nē: ne etiam incerta sint rerum

dominiā & pariter in penā ne-
gligētiū res suas repetere: q̄ si
elapsō prescriptiōis tēpore elu-
cescat prescribēti preteritorum
veritas: scilicet rē fuisse alterius
Dico ipse qui prius fuerat bo-
ne fidei possessor nō eā restitu-
re tenetur: cū sit iure facta sua.
¶ Secūdū corollariū. Iure aut
iudice inualidāte persone priua-
te cōsensum ipediri pōt libera-
dñi trāslatio: p; illa auctoritate
facta est appropriatio igitur ea
potest ipediri dominii abdica-
tio: pr̄s usq; i ualidari eius dē rei
in aliū trāslatio: In nōnullis em̄
psōis sua alienare nō potētibus
id ex causis ē institū: pariter &
in aliqbus opibus p̄ que nō trā-
seūt rerū dñia i plōas i q̄s pos-
sessor intēdit trāsferre: vt i vſu-
ris / i symoniis / i qbus dē ludis /
& aliis huiusmodi iure cautis.

¶ Secūdum documentum.
¶ **D**onatio diffini-
tur a iuristis est mēra liberalitas
qua n̄llo iure cogēte aliqd cōce-
ditur: aliis diffiniētibus est cōsē-
sus gratuitus liber potētis rem
suā trāsferre ut illa res efficia-
tur alterius vel eo mō q̄ nō erat

T iiiij

Liberi secundi. De iustitia cōmutativa.

ei⁹: Egeret iterptatōe hec diffō:
nā cōstat ipa; dēationē nō esse
cōsensū: sed bene p cōsensum
oritur dōatio atq; rei trāslatio.
TNon igitur absq; consensu
fit donatio ad quā piter dicūt
requiri donatarii acceptātis cō
sensum. quod non video sem
per necessarium saltem modo
nō assit dissēsus: quinymo pos
set inuitio beneficium conferri
publica authoritate qualiter &
aufferri: q autem dicūt ad do
nationē prout ad matrimoniu
non sufficere mutuum consen
sum/s; requiritur signis exte
rioribus explicari: eset cōsequē
ter dicēdum id prouenire ex di
spositione humani iuris ad ex
teriora respiciētis: nihilominus
interius votū aut interior pro
missio obligat: qui igitur inte
rius rem alicui donat ipse rem
tenetur tradere nisi iuris repro
batio impeditat. **R**Requiritur
pariter esse gratuitum consen
sum: quoniā aliūde obligatus
aut pacto remunerationis rem
tradēs non donaret. **R**Requi
ritur insuper consensus liber li
bertate excludēte coactionem
quā iura reprobāt: id addo/qm

nequit absolute cogi volun
tas ad cōsensum: sed fortia cau
sa ipelli potest & a iure coactio
nominatur. Et in certis mate
riis propter huiusmodi coactio
nē inualidatur cōsensus. **T**Itē
requiritur facultas dominii trā
slatiua: quādo q; enim ipsa auf
fertur iure cauēte de tali perso
na aut de tali re: videlicet inua
lidante talis rei aut a tali perso
na donationē. **D**ictum est cō
sensus quo res efficiatur alteri⁹:
intellige pro presenti aut futu
ro: potest enim esse consensus
presentis abdicationis quo scilicet
res nūc fiat alterius: pōt pa
riter nunc esse consensus quo
res cras incipiet esse alteri⁹: gra
tia exēpli: volo atq; consentio
hanc rem meam fore cras tuā
& non prius. **D**icitū est quo
res fiat alterius aut aliquomo
do quo non prius erat eius: que
enim erat ei⁹ quo ad vsum aut
vſu fructū potest per donatio
nē effici eius quo ad pprietatē.

Sequitur corol
laria. Primum. aūistēte consen
su donādi: q metus donationē
impedit est robore legis ipsū

consensum inuolidantis: patet ex dictis: tum etiā nōnunq̄ idē metus invna materia inuolidat & non in alia: quinymmo in ea dē materia metus aliquis impe dit & metus aliquis maior nō impedit: gratia exēpli: metus di uinus cadens in virum constā tem: vt pote de morte / aut pena inferni / aut purgatorii / aut alia a solo deo inferēda que ta men cadit in virum constantē cum sit maior q̄ mutilatio non inuolidat consensum atq̄ do nationem elemosine aut huius modi: metus tamen humanus videlicet eminēs ab hoīe dona tionem inuolidaret: qui enim metu mortis a solo deo eminē tisvoueret deliberate ipsumvo tū obligaretur explere: non au te ea ex minis hominū eminē te: idē de metu humano in vi re cōstantē cadente dicūt quē inci dit homo exculta: gratia exē pli: in eo qaliquā iurauit in uxore accipere. qui excommunicatiōne que in virū cōstantem ca dit plus q̄ mutilatio / cogitur: cu i⁹ metu cōsētit in eā eāq̄ accipit est validū matrimonī: de me tu autem humano quem nō ex

culpa incidit homo: gratia exē pli grassatore ad hoc cogēte di cūt pleriq̄ iuristarū q̄ donatio nascitur atq̄ dominii trāslatio cōpetit tñ exceptio: cōmuniōr autē theologorū opinio est nō esse illic donationē neq̄ domini trāslationē iure cōfēsum in ualidāte. ¶ Secūdum corolla riū posito consensu formaliter absoluto in hanc vel illā perso nā: q̄ alicuius cōditionis igno rātia inuolidet consensum siue dominii translationē est: ex iuris ordinatione: patet vt supra tum etiam in aliquib⁹ materiis impedit & in aliis non: aliquarū pariter conditionū ignorātia i pedit & aliarū nō: vt patet ma teriā matrimonii & aliorum cō tractuū cōsiderāti. ¶ Luxta hoc est soluēda questio de eo qui di uiti elemosinā porrigit quē pau perē credit absq; cuius crudelitē nō daret: dicit vna opinio nō trāsferri dominū sed manere apud eundē: Alia trāsferri in il lū: Alia apud neutrū eorū eēdo miniū sed apud vere pauperē: ¶ Respōdeo si fuerit cōsensus formaliter cōditionatus: vt po te volo huius rei dñiū in hunc

Libri secundi. De iusticia cōmutativa.

transferti non nisi sit pauper:
sic apud eundē remanet: si au-
tē fuerit formaliter absolut⁹ cō
sensus in istū q̄uis incitat⁹ fue-
rit ab apparēti paupertate prout
si eēt iſtigatus ab apparēti pul-
chritudie āt ab apparēti doctri-
na vel lūmōi q̄ nō inesset / fitdñi
trāslatio n̄iſi aliūde statuta de-
tur lex hmōi cōſēlū i tali mate-
riaūlīdās: nec excusat⁹ diues
ille a peccato: hec pro hoc intro-
ductorio de donatiōe sufficiāt:
& si non ad iusticiā spectet hec
cōmutatio: nihilominus ex ea
ſcd̄z quoſdā surgit in donata-
rio ius gratitudinis benefacto-
ri ipēdēde: quā ad debitū iusti-
cie p̄tinere dicunt; de quo alibi.

Tertium documentum. De mutuo & commodato.

Mutuatio in se bo-
na est: eā tñ fine aliisq; circūſtā-
tiis viciari cōtigit. **P**rima p̄s-
p; ē i gñescdm ordinē eq̄tatis
ad pximū idq; ſacta lex cōſulit,
mutuū date. **S**cđa pars ostē-
ditur: cōtigit mutuāti grauē ſe-
q̄iaſtūrā; ymo & mutuatorio
ad id nimīū pno: q̄ ea ſpe nō ti-

met ſupfluē bōa diſſipare: cōtī-
git piter fine lucri p̄ter capitale
ſpati i p̄az mutuatōe; vſurariā
effici: q̄uis eī hec p̄ticula mutuū
dare ſit consili⁹ / altera tñ nihil
ide ſperātes ē p̄cepti. **C**uius
qdē p̄cepti interpretationē p̄ dis-
cordātiū cōcordia ſūmope no-
ta: potiſſimū huius dictōis ide:
hoc ē vi mutui nō ē p̄ter capita-
le ſperādū lucrū: ipsū enī ſic vi
metui gratiaq; dilatōis tpis ſpe-
ratū eēt vſurariū & reſtituēdū.
ſecus aliis rōabilib⁹ cauſis: has
cauſas rōabiles alibi assignauī
q̄nq;: vc; occaſiōe gratitudinis
preestimate: grā vexatiōis redi-
mēde: cauſa iterelle reparādi:
vi alicui⁹ iuste reſōpēſādi: grā
pene iure interiecte. **E**xēplū
pri: ipſius mutuatarii liberalita-
tis vices repēſuri precognosci-
tur beniuolētia: nō tñ huius re-
tributiōis vi mutuatur: nec ſpe-
ratur vi mutui refuſio ſuſcipiē-
da: ymo hoc circumscripto mu-
tuaretur: dico ſic mutuās lucrū
q; ſperans futurū nō prauitate
vſure inficitur: vt ex diffinitiōe
& p̄cepto p̄z mutuat eī nihil ide
id ē nihil vi mutui ſperās: & ita
ex mutuo ſperat lucrū & nō mu-

tuat ppter lucrū. ¶ Exēplū se-
cūdi:mutuāti debitor ē mutua-
tari⁹ in decē q̄ soluere recusat:
ei mutuat ille cū spe lucri (noie
vsure) sūmā alias debitā resar-
ciētis illic nō ē vsura:q̄m nō ex
vi mutui: sed vi alias debitū re-
cuperādi speratur. Exēplū ter-
cii: pbus mercator iuste & vtili-
ter pecuniā mercāciis expone-
re patut & malens id q̄ mutua-
re: req̄situs tñ mutuat pxio i di-
gēti cui interesse qđ pati nollet
patefacit: isti licitū est vsq̄ ad
ip̄sius ītere se refusionē icremē
tūltra sortē recipere. ¶ Exēplū
q̄rti: mercator vel oparius hac
spe vel itētīe mutuat vt alter
iusto precio suas emat merces:
aut cōducat operas vnde lucrū
obueniat: etiā nō alios mutua-
turus p̄t apothecarius vel mo-
litor alicui vt ad suā apothecā
aut ad suū molēdinū ille appli-
cat: & sit maior populi cōcursus
aut oparius vt cōducātur ope-
sue (qcquid opinētur alii) Dico
licite fieri posse: qm̄ non vi mu-
tui recōpēsādi intēditur lucrū,
sed vi merciū vel oparū iusto
precio traditarū: sic igitur lucrū
est finis mutui alliciens ad mu-

tuādum sed non finis appre-
cians mutuationi lucrum. Dif-
ferūt enim hec propositiones:
hic sperat ex mutuo lucrū: hic
sperat vi mutui lucrum. ¶ Exē-
plū quinti, a iudice sub pecu-
niaria pena mutuantī applican-
da inducitur mutuatario solu-
tionis mutui terminus: sic in il-
līus promitionem illo termino
soluere negligentis potest mu-
tuans licite cremenntum hoc pe-
nale preter sortem recipere nul-
lo enim illorum modorum cre-
mentum vi mutui recipitur sed
alicuius iuste cauē occasione:
Dico iuste cause/quoniam vbi
occasione indebita cremenntum
reciperet non vi mutui / & si nō
formalis sit vsura: est tamē ini-
quitas atq̄ iniusticia: que (cre-
scente dolo aut proximi detri-
mento) certam vsuram in ma-
licia exuperare valeret.

¶ Sequitur corol-

lariū q̄uis illis causis liceat mu-
tuanti preter capitale aliquid ac-
cipere: nihilominus vi mutui
obligatur mutuatarius dunta-
xat reddere capitale: non quis

Lib⁹ secūd⁹. **D**e iusticia cōmutatiua.

dē idē numero sed simile & tātundē ac eiusdē utilitatis atq; p̄cij, sic differt mutuū a comodato atq; deposito: nā illud efficitur recipiētis & ipsuz cōsumere pōt/ quare nō tenetur idē numero reddere: illoꝝ aut neutrū efficitur recipiētis: nec ex vi illius ei consumere licet: quare s̄pm idē nūero reddere debet nisi ratiōabilis causa excusat.

Commodatio conueniētiam habet cū mutuo: solet ei diffiniri, ē alicuius rei ad aliquē usū specialē in gratuitis facta cōcessio: cōuenit igitur cū mutuo: quoniam fit gratis: interueniēte enim pecunia esset locatio aut aliis contractus: differt autē: quia commodans retinet rei dominium: non mutuās: commodatio pariter tam in rebus immobilibus q̄ mobilib⁹ cōsistit: q̄ enim usū cōsēsumūtur cōsistētia ī numero pōdere & mensura cōmuniter: nō commodantur sed mutuātur: dixi communiter: quoniā non nunq̄ sic: prout pecunia ad pōpam cōmodari potest. **C**ommodatarius tenetur rem ean-

dem numero reddere: etiā nō deterioratam: nī subsit excusans causa.

Quartum documentū:
De Venditione et
permutatione.

Equitas in venditione aut emptione consistit in debita equalitate valoris mercis & precij: quicquidē valor nō est secūdum rei perfectionem essentialē sumendus: sed penes utilitatē humano usui cōparatam. **E**t mensuratur huiusmodi iusticie equalitas lege instituta: aut regulari ipsius formi consuetudine: aut rectitudine rationis naturalis apud peritos in tali vel tali negotiacione/ hijs pensatis: videlicet humana indigentia: paucitate & multitudine indigentium: paucitate vel multitudine rerum/ difficultate talium rerum habendarum/laboribus / sollicitudinibus/ periculis / timorib⁹/ expēsīs / industria / & huiusmodi cum quibus res afferuntur: aut habite conseruantur: hec enim omnia precio appretiari possunt: & ita licite in

vēditione refundi: ymo ex omnibus his pēsatis secūdum plus vel minus concurrentibus conflatitur valor rei ad humanū sū comparatus. **C**Vt supra igitur tetigi contingit trīpliciter huius modi valoris equalitatem cum precio illis pensatis mensurari.

Quandoq; ex lege instituta: quam statuendo debet legislator conditiones illas perpendere. sic em̄ tutus vendit vel emit negociator lege tali posita.

Secundo defīciēte huiusmodi lege mensuratur ex regulari fori consuetudine que per experientiam ex illis cōditionibus p̄numeratis nascitur. **T**ertio vtraq; illarum deficiente sumitur ex rationalis naturalis rectitudine illis conditionibus pensatis: sicq; p̄t vnuſq; sc̄q; suo arbitrio p̄cū i re sua iustū cōſtituere

Cubí nō absq; ad uertentia preterreas huiusmodi equalitatis valoris ipsius rei & precii latitudinem non in īdūiſibili consistere: sed magnā esse per quam discurrēs vēdēs atq; emēs manet iustus: gratia exempli: iudicio peritorū a de-

cem ad duodecim sit latitudo: erit binarius per quem discurrens inter decem & duodecim non delinquit: videlicet vendēdo decem cum dimidio/ aut vndeclim cum dimidio & sic de reliquis mensuris ifra illos terminos/ extra quos nihilominus aliqualis egressus absq; dolo est condonādus: cū sit nimis difficile punctualiter mensuram predicte latitudinis cognoscere: hinc est quedam illis vera vel interpretatiua libera lis donatio talis excessus aut defectus ab equalitatē mensure hec enim mutua condonatio legi nature innititur dictāti non exacte petendum ab alio quod a se nolle expeti.

CItem ne cōſtituuis litibus detur locus & occasio: tolleratur humano iure deceptio in precio: non autem vlt̄ travel citra dimidiū iusti precii: vltra enī vel citra cōpetit actio vt pote quādo plus dimidio iusti p̄cū vēditur: aut minus dimidio iusti p̄cū emitur: grā exēpli: si valēs decē emitur citra quicq; sic decipitur vēditor citra me-

Libri secundi. De iusticia comutativa.

diū iusti precijs: si ematur vltra
q̄ndeci decip̄ emptor vltra me
diū iusti p̄cijs. ¶ Et quis homī
deceptioni neccitr a nec vltra di
midiū iusti p̄cijs i foro cōtētio
so n̄ detur re patio atq; restitu
tio: sec⁹ tñ i foro dei & cōscie:
nisi suicibl ignorātia excuset.

Emptioni vici
na est pmutatio: que a iuristis
diffinitur. est vnius rei pro alte
ra vicaria prestatio: & solet re
stringi non interueniente pecu
nia tanq; precio: vt differat avē
ditione atq; emptione: que nō
habet spiritualibus locū: pmuta
tio ē tā i illis q̄i spiritualib⁹:
non tamen est per aliam cum
spiritualibus: sed spiritualium
eiusdē generis interueniēte su
perioris auctoritate: ¶ Permu
tationis species est causalium:
videlicet pecunie pro pecunia
comutatio: a qua denomiatur
cāpsor atq; ars cāpsoria. ¶ Cu
lus vtilitas est: nā in regionib⁹
diuersis magna est nūmisma
tū diuersitas: ppter, negotiato
rū multitudo / de puicīa i pūi
ciā trāleuntiū: ac rerum comu
tabiliū vite necessariorū varia

precia quibus expedīt pecuniā
in pecuniam permutari: quare
condignū lucrū necatur cāpsor
huic suas p̄bēs operis & indu
strīum: nec ibi est sedes vture
cum non sit mutuū: nec gratia
dilationis speratur illud lucrū.

¶ Quintum documentum:
De Locatione & Emphiteris.

Locationis eq̄tas
cōmunes vēditionis cōditiōes
obseruat / in cōsensu / reb⁹ & p
cio. ¶ Locatio diffiniri solet p
sone vel rei ad vsum facta cō
cessio mercede in pecunia nu
merata cōuēta. Locator vero q
re sua permittit aliūvti merce
de sibi cōuēta. Recipiēs aut̄ dī
citur cōductor: prout enim in
empiōe & vēditiōe sic hic tol
lerat ius deceptionē: modo nō
sit vltra vel citra mediū iusti p
cijs: secus i foro dei & cōsciētie.

Inter locationē
& vēditionē tāq; mediū est épi
theosis: q̄ grece est melioratio
latine dicitur cōtract⁹ meliora
tionis: ¶ Inuētus est emvt alī
cui cōcedereſ res sterilis / q̄ eā
excoleō melioraret fructus si
bi interim applicādo: ipse no-


m̄inatur emphiterta: Hūc aut̄ emphiterticantur etiā fertilia: Agbusdē describitur possessio rei immobilis ad certū tēp̄ alteri facta cōcessio/dño p̄prie tate retēta/sub cōditio pēsio nis anime & renouatiōis fini zto cōcessionis tēpore faciēde.

Sextum documentum.
De pignoratiōe & depositiōe.

Pignorationis eq̄
tas nascitur ex p̄stāda credito ri securitate. Diffinitur enim pi gnus/res obligata p̄ debito ad creditoris securitatē: a quo dē obligatio atq; actio pignorati cla: ipso ei debito. itegre soluto debet creditor pigno nō ex sua culpa deterioratum reddere pi gnorāti: Nec fructū aut vſū ei vtilē ex pignore retinere d; ni si i capitalis deductōe; verū ē rōabiles ipēsas creditoris inpl gnoris cōseruatōe factas eē pa riter cōpēsadas. **Debitore ei** soluere differente/post debitā scđ; iur a statuta denūciatiōe; vēdi poterit pignus: & ex p̄cio sumi debitū: qđ aut̄ supēst erit pignorāti restituēdū. **Est** nihil lominus i his tribus gñibus di uersis ex iure denūciādi mod⁹

vc; facta cōuētiōe cū creditore q̄ pignus vēdere posset: aut q̄ nō vēderet. at de termio facta mētiōe. **E**st p̄ter iure phibl tū pactū fieri iter eos quo debitor i terio n̄ soluēte pigno sit cre ditoris/nā ē cōtrabōos mores: admittitur tñ pactū quo si pe pecunia nō fuerit soluta credi tor pigno possideat iure ēptōis iusto precio & residuū sup capi tē teneretur debitori tribuere:

Depositio d̄i ret
ad custodiā traditio Depositū aut̄ qđ alicui traditū ē custodiē dū:nō iḡ deponēs i deposita riū trāffert rei dñiū. **Obliga** fītaq; depositarius rē deponē ti' redde: etiā qñcūq; petat: n̄ alid rōabilr obstet: put i furio so gladiū depositū repetēte/at i crīoso post bōorū cōfiscatōe; depositū repetēte/aut i fure rē furtiuā deponēte & eā si p̄ cūve ro dño repētēte. **Debet** p̄ter restituī res nō deteriorata vicio depositarij/secus vicio rei aut̄ fortuito casu. **Quadā siliū** die depositari⁹ n̄rē btitudis dē de⁹ q̄ potēs ē depīn n̄rē serua re i diē illū: i quo vñicuīq; red det scđm opa sua. **Finis.**



CAd beneuolos huius Ethologie/eximij philosophi/Hieronymi Hangestensis classici Theologie trophimi Lectores:Nicolai Michaelis eius aſſeclę Remeñ.



M P I A Qui vasti reprimit discrimina ſeci
Hangestus Morum fertile clauſit opus
Socraticas titulis artes compleuit amoenis:
Innouat & clerum/Parrhisiūmq; decus:
Nec modo Cefareo rutilat sua gema triūpho:
At Xenophotis honos corpus anile beat.
Candida pcelebris pperes ad dogmata cetus:


Dedalus huic rediens:tutius ędit iter:
Linea nulla fluat/madido non iusta liquori
Eius:ad eſt lepidis ſacra thalia viris.
Hec generosus init Ludouicus olympica facta
Borbonius:Pylias dux ſubiturus opes:
Prospera qui tenues iuuenum ad primordia mentes
Commouet:vt maior clareat inde liber.
Vnde ſcatent tan ti ſpeculemur & illa/sapores
Fertilitas:claros que ſouet yna viros:
Non habuit tanto/populosa lutecia cultu
Doctorem:cuius fama perennis erit.
Ima Theophrasti redolens monumenta diſerti:
Expetit Elyſias quemq; ſubire domos.
Nobilis Hangesto rutilans Hieronymus ille
Sanguine:natiuum foedus vbiq; ferit.
Et docet aſſutum ſterilem ſub clymate gentem
Pallada:qua lethes dextera vitet aquas.
Quem vocat iccirco Lodoicus ad intima iuſſa
Cardineus:ſuperas carpat (& ille) vias
Vt proprius noſtre tithonia templa ſubintret/
Archetypus vite: Lene popofcit opus.
Aethera cum monſtret:ſancto ſub pneuamate vitam
Degat;vt eterna deinde fruatur ope.


Amen.

Vj



S-A






VCS 8= 18171



1158093455

S-A

mt





13

13

SO

HIERONYMUS
HANGESTUS
—
INTRODUCTORI
MORALE

VCS
in-8°
18171
SORBOONNE
GORMONTIUS
LUGDUNI.
1545.